Fra tanta strana, e innumerabil torma
Di cose, ch' entro al rame si disfanno,
D' una cornice il capo alfin vi trita,
Che ha visto nove secoli di vita.

85

La saggia e dotta incantatrice, come
Tutte quelle sostanze ha in un ridotte,
Con cose altre infinite senza nome,
Che seco dal suo regno avea condotte,
Pria che toglia ad Eson l' annose some,
Vuol far l' esperienza, se son cotte.
D' olivo un secco ramo, e senza fronde
V' immerge, e l' erbe volge, alza, e confonde.

86

Ecco che il ramo secco, il secco perde,
Tosto che il bagnan l' onde uniche e dive.
Ella il trae fuor del bagno, e il trova verde,
E dopo il vede ornar di fronde vive:
Ma ben la speme in lei maggior rinverde,
Quando il vede fiorir d' acerbe olive;
E mentre ella vi guarda, e se a' allegra,
D' olio ogni oliva vien gravida e negra.

Constitit adveniens citra limenque, foresque;
Et tantum cœlo tegitur: refugitque viriles
Contactus, statuitque aras è cespite binas,
Dexteriore Hecates, at læva parte Juventæ.
Quas ubi verbenis, silvâque incinxit agresti;
Haud procul egestâ scrobibus tellure duabus
Sacra facit: cultrosque in guttura velleris atri
Conjicit, & patulas perfundit sanguine fossas.
Tum super invergens liquidi carchesia Bacchi,
Æneaque invergens tepidi carchesia lactis;
Verba simul fundit, terrenaque numina poscit:

87 *L' umor,*

239. *Tantum*. Sub dio pernoctavit secubans à viro.

242. *Verbenis*. Verbena proprie dicta, *vervain*, est hierobotane. περιστερεῶν Sacra recta; usurpatur tamen pro omni herba & fronde qua sternuntur & coronantur aræ: de usu ejus in sacris & Magia, lege quæ Plinius habet lib. 25. c. 9.

243. *Scrobibus*. Rite omnia Diis Inferis nigræ pecudes, nocturno tempore, sub terra nempe in scrobe depresso victimæ capite, latice & omnibus inversis immolabantur.

244. *Velleris atri*. Ovium nigrarum, quæ Hecatæ, aliisque Diis inferis sunt gratæ.

246. *Carchesia*. Macrob. 3. Saturnal. ait poculum esse Græcis tantummodo notum. Præterea Asclepiades carchesia ducta esse à re navali confirmat: & inferiorem mali partem, pateram vocari: mediam circa partem τράχηλον dici: summam verò partem carchesium appellari; indeque in utrumque vesi latus diffundi, cornuaque dici.

87

L'umor, che nel bollir s' innalza, e cade,
E passa sopra l' orlo, ed esce fuori,
E per la corte fa diverse strade,
Tutte le fa vestir d' erbe, e di fiori.
Fan la stagion fiorir dell' aurea etade
Il minio, il croco, e mille altri colori:
Per tutto, ov' ella sparge il suco, e 'l prova,
Nasce la Primavera, e l' erba nova.

88

Medea, che vide maturar l' oliva,
E d' erbe, e varj fior la corte piena,
Stringe il coltello, e fere il vecchio, e priva
Del poco umor la stupefatta vena:
Poi nel grato liquor, che il morto avviva,
Il vecchio in tutto esangue infonde appena,
Che il sacro umor, che bee la carnal salma,
In un punto il vigor gli rende, e l' alma.

89

Com' entra per la bocca il grato fonte,
E per dove il coltel percosso l' have,
La crespa, macilente, e debil fronte
Perde il pallore, e vien severa e grave:
Par, ch' ognor più le forze in lui sian pronte,
E che la troppa età manco l' aggrave:
Egli il centesimo anno avea già pieno,
E più di trenta già ne mostra meno.

90

Il volto delle crespe ognor più manca,
S' empie di suco, e acquista il primo onore:
Già tanto la canicie non l' imbianca,
Anzi più vivo ognor prende il colore:
La barba è mezza nera, e mezza bianca,
Già la bianchezza in lei del tutto more;
E' ver, che qualche pel bianco ancor resta
Fra i novi crin della cangiata testa.

Umbrarumque rogat raptâ cum conjuge regem;
Ne properent artus animâ fraudare ſeniles.
Quos ubi placavit precibuſque & murmure longo,
Æſonis effetum proferri corpus ad aras
Juſſit: & in plenos reſolutum carmine ſomnos
Exanimi ſimilem ſtratis porrexit in herbis.
Hinc procul Æſonidem, procul hinc jubet ire miniſtros:
Et monet arcanis oculos removere profanos.
Diffugiunt juſſi. Paſſis Medea capillis
Bacchantum ritu flagrantes circuit aras:

249. *Umbrarum regem*. Plutonem. *Rapta cum conjuge*: cum Proſerpina in Sicilia à Plutone rapta.

250. *Ne properent*. Ne anima ſenis intercipiatur, ne caput, cui diuturniorem vitæ uſum deſtinavit Medea, aut Orco damnet Pluto, aut tondeat Proſerpina.

256. *Profanos*. Non initiatos.

91

Com' esser giunto ad otto lustri il vede,
Agli anni, c' han più nervo, e più coraggio,
La dotta Maga il fa saltar in piede,
Per non lo far più giovane, e men saggio:
L' ama di quarant' anni, perchè crede,
Che quel tempo nell' uomo abbia vantaggio;
Perchè l' età viril, dov' ella il serba,
E' più forte, più saggia, e più superba.

92

Vide Lieo dall' alto eterno chiostro,
Gli occhi abbassando in ver l' Emonia corte,
Quest' alta maraviglia, e questo mostro,
Che se Medea nel padre del consorte:
Scende tosto dal cielo al mondo nostro,
Dove ottien da Medea l' istessa sorte;
E dà gli anni più belli, e più felici
All' invecchiate Ninfe sue nutrici.

93

Questa maga dottrina, e questi incanti
Non opran sempre il ben, nè rendon gli anni:
E veggasi agli poi commessi tanti
Dalla cruda Medea mortali inganni.
Dati avea di Giason pochi anni avanti
Due figli a sopportar gli umani affanni:
Quando volse Medea l' arte, e l' ingegno
A racquistare a lor l' oppresso regno.

94

Quando per la soverchia età s' accorse
Eson, ch' era mal' atto a governare,
E che Giason troppo fanciullo scorse,
Non volle quel maneggio al figlio dare:
Anzi lo scettro del suo regno porse,
Perchè il potesse regger, e guardare,
A Pelia suo fratel per tanto tempo,
Che il tenero Giason fosse di tempo.

Multifidasque faces in fossâ sanguinis atrâ
Tingit: & intinctas geminis accendit in aris.
Terque senem flammâ, ter aquâ, ter sulfure lustrat.
Interea validum posito medicamen aëno
Fervet, & exsultat; spumisque tumentibus albet.
Illic Hæmoniâ radices valle resectas,
Seminaque, floresque, & succos incoquit acres.
Adjicit extremo lapides Oriente petitos,
Et, quas Oceani refluum mare lavit, arenas.
Addit & exceptas Lunâ pernocte pruinas,

261. *Terque senem flamma*. Ter, inquit, senem purgat, igne, aqua, sulfure; hæc enim tria purgationibus ab antiquis adhibebantur.

264. *Æmonia valle*. In vallibus Thessaliæ. *Illic*. Variam magicæ hujus farraginis supellectilem habes apud Senec. Lucanum, & quos supra citavi auctores, locis dictis.

268. *Luna pernocte*. Eleganter; sic *Phœbe pernox* Senecæ Hippolito, & *Trivia pernox* Medea. *Luna pernox* Livio lib. V. & Plinio lib. II. c. IX. hist nat.

95

E il zio poi ver Giason empio e rubello,
L'oracol, che gli diè sospizione,
Che uccidere il dovea più d'un coltello,
Per opra d'un, ch'esser credea Giasone;
Però prima il mandò per l'aureo vello,
Per darlo in Colco al regno di Plutone:
E poi, ch'ei diede a questa impresa effetto,
Ebbe del suo valor maggior sospetto.

96

Mentre con modo, e con parlare onesto,
Co'l rispetto, ch'aver si debbe al zio,
Giason, chiedendo il suo, gli fu molesto,
Ei cibò ognor di speme il suo desio,
Dicendo: S'io no'l rendo così presto,
Move giusta cagion l'animo mio;
Giason di creder finge, come accorto,
Poichè gli è forza a sopportar quel torto.

97

Che Pelia in mano avea tutto il tesoro,
Ogni cittade, ogni castel più forte,
Al nipote assegnato avea tant'oro,
Quanto potea bastar per la sua corte:
Quando andò contra il drago, e contra il toro,
Perchè in preda pensò darlo alla morte,
Per infiammarlo meglio a quella impresa,
Non gli mancò d'ogni onorata spesa.

98

S'accomodò Giason come prudente
All'animo del zio con finto core;
E a varj modi avea volta la mente,
Ch'il poteano ripor nel regio onore:
E con la moglie ragionò sovente
Di far morir l'ingiusto Imperadore;
La donna diede alfin contro il tiranno
Effetto al lor pensier con questo inganno.

Et ſtrigis infames, ipſis cum carnibus, alas;
Inque virum ſoliti vultus mutare ferinos
Ambigui proſecta lupi: nec defuit illic
Squamea Cinyphii tenuis membrana chelydri,
Vivaciſque jecur cervi: quibus inſuper addit
Ora caputque novem cornicis ſæcula paſſæ.
His & mille aliis poſtquam ſine nomine rebus
Propoſitum inſtruxit mortali barbara munus;
Arenti ramo jampridem mitis olivæ
Omnia confundit, ſummiſque immiſcuit ima.

269. *Strigis*. Eſſe maledictis jam antiquis ſtrigem convenit, inquit Plin. l. 11. cap. 39., quod ubera infantium labris immulgere dicuntur, quod tamen fabuloſum autumat, infantes etiam ſugere creduntur, Ovid. 6. Faſt. in has ſe ſagæ vertere putantur. Spenger in Maleo veneſic. 2. par. & Alb. Spina quæſt. de Strigibus. *Et ſtrigis infames*. Strix Avis eſt nocturna, magno capite, roſtro & unguibus aduncis. Vulgus autem putat ſtriges non eſſe aves, ſed vetulas, quæ ſe veneficio quodam in aves convertunt, infanteſque dormientes aggrediuntur, ac eorum ſanguinem exſugunt. Unde & poëta hoc loco ſtrigis alas infames ait, & vulgus veneficas omnes ſtrigas vocat.

270. *Inque*. Multi multa de Lycanthropis. Plin. 8. cap. 22. Cœl. Rhodig. lib. 27. cap. 12. Aug. de civit. Dei lib. 18. cap. 17. & 18. Miranda ſed non credenda Olaus Magnus lib. 18. cap. 45. & Cigogna lib. 4. cap. 5. Hier. Magius lib. 4. c. 12. Bullingerus lib. 2. adverſus Magos cap. 29. Boiſſardus de Magia cap. 6.

271. *Proſecta*. Inteſtina, à proſecando & recidendo dicta.

272. *Cinyphii*. Libycæ natricis ſpolium, exuvias. Cinyps fl. Libyæ.

273. *Vivaciſque*. Τετρακορώνη. Nam quater egreditur cornicis ſecula cervus. Auſonius de ætat. anim.

274. *Ora caputque cornicis*. Non video quid inter *ora* & *caput* interſit. Quare arbitror ſcribendum *Ova*; ſic *ſtrigis ova* magicis adhiberi docet Horatius Epod. v. noſter in Amoribus lib. 1. Eleg. XII. de arbore infelici,

Vulturis in ramis & ſtrigis ova tulit.

Novem. Ætatem hominum novies ſuperat vivendo garrula cornix; ibidem, ἐννεάγηρα κορώνη. Aratus in Phænomenis.

99

Ne va con finte lagrime al castello
Del zio, verso il suo sposo avaro e infido;
Dove stracciando il crin sottile e bello,
Scopre il finto dolor con questo strido:
Oimè! ch' io feci acquistar l' aureo vello
A questo ingrato, e gli diei nome, e grido,
E rea contro il fratello, e il padre fui,
Per aver poi tal guiderdon da lui.

100

Comanda il Re, ch' innanzi non gli vegna
La moglie del nipote, che si duole;
Che sà, ch' ella è qualche querela indegna,
Che fra marito, e moglie avvenir suole.
Ma mentre, che la lor discordia regna,
Che debbano, comanda alle figliuole,
In qualche appartamento a lor vicino
La consorte raccor del lor cugino.

101

Le figlie desiose di sapere
Da Medea la cagion del suo lamento,
Ricevon lei con le sue cameriere
In un adorno, e ricco appartamento:
Contando ella il suo duol, mostra d' avere
Del ben fatto a Giason rimordimento;
E che l' ha colto in frode, e l' avria morta,
S' ella non si fuggia fuor della porta.

102

E riprendendo l' adulterio, e il vizio,
Ch' al nodo conjugal non si richiede,
Dicea mille parole in pregiudizio
Della sua lealtà, della sua fede:
E rimembrava ogni suo benefizio,
Ogni ajuto, e consiglio, che gli diede;
E ch' a tradir colei tropp' era ingiusto,
Che al padre avea ringiovenito il busto.

Ecce vetus calido versatus stipes aëno
Fit viridis primò: nec longo tempore frondem
Induit; & subitò gravidis oneratur olivis.
At quacunque cavo spumas ejecit aëno
Ignis, & in terram guttæ cecidêre calentes;
Vernat humus: floresque, & mollia pabula surgunt.
Quod simul ac vidit; stricto Medea recludit
Ense senis jugulum, veteremque exire cruorem
Passa, replet succis: quos postquam combibit Æson
Aut ore acceptos, aut vulnere; barba comæque

281. *Gravidis*. Succo plenis.

288. *Barba*. Medea, inquit Palæphatus, herbam invenit quæ canos capillos in nigros verteret. Prima quoque invenit lavacrum calidum, cujus vis medica vegetiores redderet homines & sanitati restitueret; compositioni illi παρέψησις nomen, seu decocti, fabulæ occasionem dedit. Diogenes (apud Stobæum) refert Medeam invenisse rationem qua molles & inertes, fortes & prudentes fierent.

103

E che tal torto far non le dovea,
Renduto avendo a Eson robusto l'anno:
E di quest' opra sua spesso dicea,
Perch' era il fondamento dell' inganno:
Tantochè l' odio finto di Medea
Chieder se alle fanciulle il proprio danno,
Ch' al troppo vecchio padre, e senza forza
Volesser rinnovar l' antica scorza.

104

La paterna pietà, la ferma spene
Di migliorar l' imperio, e la lor sorte;
Se l' età più robusta il padre ottiene,
E s' allontana alquanto della morte;
Il non veder, che il modo, ch' ella tiene;
E' per ripor nel regno il suo consorte,
Fe la mente d' ognuna incauta, e vaga
D' ottener questa grazia dalla Maga.

105

E con preghi giovevoli, e con quanto
Sapere è in lor, pregan la donna accorta:
Non rispond' ella, e sta sospesa alquanto,
E mostra in mente aver cosa, ch' importa;
Noi non dobbiamo usar l' arte, e l' incanto
Se non abbiamo il ciel per nostra scorta,
(Disse poco dopo) ma, s' io ben noto,
Tosto propizio sia dei cieli il moto.

106

Quella pietà paterna, che mi move;
A me talmente ha intenerito il petto,
Che Pelia io vuò vestir di membra nove;
Ringiovenirgli l' animo, e l' aspetto;
Ma vuò, ch' in un monton prima si prove,
Se può l' incanto mio far questo effetto:
Pria che il sangue di Pelia sparso sia,
Vi voglio assicurar dell' arte mia.

Canitie positâ nigrum rapuêre colorem:
Pulsa fugit macies: abeunt pallorque situsque;
Adjectoque cavæ supplentur sanguine venæ;
Membraque luxuriant. Æson miratur, & olim
Ante quater denos hunc se reminiscitur annos.
Viderat ex alto tanti miracula monstri
Liber: & admonitus juvenes nutricibus annos
Posse suis reddi; capit hoc à Tethye munus.
Neve doli cessent, odium cum conjuge falsum
Phasias assimulat, Peliæque ad limina supplex

289. *Rapuêre*. Celeriter accepêre, contraxêre.

292. *Et olim Ante quater denos*. Significat Æsonem ex decrepito sene in virum quadraginta annos natum fuisse conversum: vel quem vigorem ante annos quadraginta habuerat, eum nunc se beneficio Medeæ recepisse.

FAB. III. *Arg.* Viderat ex alto. *Bacchus cum vidisset ex decrepito sene juvenem factum Æsonem, Medeam rogavit, ut nymphas quoque suas nutrices juvenilibus annis restitueret, quod facilè à Medea impetravit*. Vide Natal. lib. 5. Mytholog. cap. 13.

295. *Nutricibus*. Quas lib. 3. v. 314. Nyseidas dixit. Sed Fast. 5. Hyadas. Pherecydes apud Homeri comment. Dodonæas.

FAB. IV. *Arg. Medea enim cum Peliam Jasoni inimicum esse cognosceret, quo facilius eum perdere posset, & se ab Jasone odio haberi simulavit, & Peliæ filias sibi conciliavit: quæ cum vidissent arietem vetulum in agnum converti, impensius à Medea petierunt, ut Peliam sibi parentem restitueret ætati juvenili. Ipsa vero eis persuasit, ut ipsum interficerent, ac in vase aquæ pleno coquendum imponerent; quod quidem cum perpetrassent, ipsa à draconibus in aërem sublata aufugit, Corinthumque tandem pervenit*.

297. *Neve*. Aliter refertur hæc fab. ab aliis. Diodorus lib. 5. scribit Medeam in anum se vertisse, adduxisseque simulachrum Dianæ, & religionis specie se Peliæ filiabus & populo insinuasse; tum techna hac ultam esse Peliæ scelera & cædes in Jasonem & suos, adeoque viam struxisse Jasoni ad recuperandum Thessaliæ regnum: nec multo ab hoc Hyginus fab. 24.

298. *Phasias*. *Medea* a Phasi Colchorum fluvio declinata.

107

Secondo che comanda ella, s' elegge,
Dove stava l' ovil fuor del castello,
Il più vecchio monton, che sia nel gregge,
Per rinovargli la persona, e il vello:
Intanto su'l suo dorso il forno regge
Il rame, che vuol far l' ariete agnello.
Medea fa, che di sotto il foco abbonda,
E fa consumar l' erba, e fremer l' onda.

108

Ella di quel liquore avea portato,
Che già fe rinverdir la secca oliva,
E n' avea tanto in quel vaso gittato,
Che dar potea al monton l' età più viva:
Poi per le corna avendolo afferrato,
Del poco sangue, c' ha, le vene priva:
E come il pon nel bagno esangue, e morto,
S' avviva, e l' onda mangia il corno attorto.

109

Le corna attorcigliate, e gli anni strugge,
E già il monton l' etate ha più superba.
La vena il novo sangue acquista, e sugge
Tantoch' in tutto ottien l' età più acerba:
Com' ella il pon di fuor, lascivo fugge
E chiede il latte, e non conosce l' erba;
Ed or si ferma, or bela, or corre, or gira,
Secondo il desir novo il move, e tira.

110

Allegrezza, e stupor subito prende,
Come vede l' agnel, la regia prole:
Sparsa ella del liquor la terra rende,
E germogliar fa i gigli, e le viole;
Talchè il miracol doppio ognun accende
A crescer le promesse, e le parole:
Dic' ella, non poter condur l' altr' opra
Finchè la terza notte il Sol non copra.

Confugit, atque illam (quoniam gravis ipse senectâ)
Excipiunt natæ; quas tempore callida parvo
Colchis amicitiæ mendacis imagine cepit.
Dumque refert, inter meritorum maxima, demtos
Æsonis esse situs, atque hac in parte moratur;
Spes est virginibus Peliâ subjecta creatis,
Arte suum parili revirescere posse parentem.
(Idque petunt: pretiumque jubent sine fine pacisci.)
Illa brevi spatio silet; & dubitare videtur:
Suspenditque animos fictâ gravitate rogantes.

301. *Cepit*. Sibi conciliavit, & decepit.
302. *Refert*. Commemorat.
303. *Situs*. Squalores, & senium.
304. *Subjecta*. Injecta; proprie namque spes injici dicitur.
306. *Idque petunt, pretiumque jubent sine fine pacisci*. *Pretium juvenis, juvenes, juveni, juvenem* libri veteres. Tu versum totum hinc ablega: est enim spurius. *Sine fine*. Maximum & immensum.
308 *Ficta gravitate*. Simulata rei difficultate. *Rogantum*. Peliæ filiarum.

111

Già il corpo oscuro, e denso della terra
Tre volte agli occhi loro avea fatt' ombra,
Quando volendo fare andar sotterra
Medea di Pelia ingiusto il corpo, e l' ombra,
D' ogni virtù contraria alla sua guerra
Fatta avea la caldaja ignuda, e sgombra,
E tutta piena avea la ramea scorza
D' un puro fonte, e d' erbe senza forza.

112

L' incanto, e il sonno avea col Re legata
La corte sua nell' ozioso letto,
E Medea con le vergini era entrata,
Dove dovean dar luogo al crudo effetto.
La spada ignuda ognuna avea portata,
Con cui passar voleano al padre il petto:
Medea, mostrando il Re dal sonno oppresso,
Così le spinse al parricida eccesso.

113

Eccovi il vostro padre in preda al sonno,
E i vostri pugni quei tengon coltelli,
Ch' a lui votar l' antiche vene ponno,
S' aman, che il sangue suo si rinovelli:
Se della vita ei fia più tempo donno,
S' anni robusti ei fa degli anni imbelli,
Mirate, quanto migliorar potete
Negli sposi propinqui, ch' attendete.

114

Del padre infermo la vita, e l' etade
Alberga nella vostra armata palma:
Or se in voi regna punto di pietade,
S' amor punto per lui vi pugne l' alma,
Pietose verso lui le vostre spade
Privin del sangue rio l' antica salma.
La prima a quei conforti il colpo invia,
Ed empia vien per voler esser pia.

Mox ubi pollicita est, Quo sit fiducia major
Muneris hujus, ait: qui vestras maximus ævo est
Dux gregis inter oves, agnus medicamine fiet.
Protinus innumeris effœtus laniger annis
Attrahitur, flexo circum cava tempora cornu:
Cujus ut Hæmonio marcentia guttura cultro
Fodit, & exiguo maculavit sanguine ferrum;
Membra simul pecudis, validosque venefica succos
Mergit in ære cavo. Minuuntur corporis artus:
Cornuaque exuitur, nec non cum cornibus annos;

309. *Quo sit fiducia*, &c. Quo firmius credatis, me largiri vobis posse quod flagitatis.

115

E' ver, che volge in altra parte gli occhi,
Nè vuol veder ferir l' audace mano.
L' altre con questo esempio alzan gli stocchi
Togliendo gl' occhi al colpo empio e profano;
Come fan sangue i parricidi, e sciocchi
Ferri, resta l' incanto, e 'l sonno vano:
Si sveglia il padre, e vede i colpi crudi,
E le figlie d' intorno, e i ferri ignudi.

116

D' alzar la carnal sua ferita spoglia
Cerca per sua difesa, e dice: O figlie,
Qual nova crudeltà v' arma la voglia
A far del sangue mio l' arme vermiglie!
Tosto ch' egli dà fuor l' ira, e la doglia,
E per difesa cerca, ove s' appiglie,
Vien fredda ogni fanciulla come un ghiaccio,
E trema a tutte il ferro, il core, e 'l braccio.

117

Medea, che quelle vede afflitte e smorte,
Che far vacar doveano la corona,
D' età, di membra, e d' animo più forte,
Mentre bravando il Re non s' abbandona;
Gli fora il collo, e datogli la morte,
Ardita il prende sulla sua persona,
Ed alle meste figlie dà coraggio,
E dice, che 'l farà robusto e saggio.

118

L' ancor credule vergini per quello,
Che vider del decrepito montone,
Ch' essendo morto uscì del rame agnello,
E per lo rinovato in prima Esone,
Credendo, che rifar giovane e bello
Debbia il lor Re la moglie di Giasone,
L' ajutano a portar con questa speme,
Dove nel cavo rame il fonte freme.

Et tener auditur medio balatus aëno.
Nec mora; balatum mirantibus exsilit agnus:
Lascivitque fugâ; lactantiaque ubera quærit.
Obstupuêre satæ Peliâ: promissaque postquam
Exhibuêre fidem; tum verò impensius instant:
Ter juga Phœbus equis in Ibero gurgite mersis
Demserat; & quartâ radiantia nocte micabant
Sidera, cum rapido fallax Æetias igni
Imponit purum laticem, & sine viribus herbas:
Jamque neci similis, resoluto corpore, regem,

119 La

319. *Et tener balatus*. Hæc est teneri agni balatus.
323. *Exhibuere fidem*. Fecere fidem.
324. *Ter juga*. Tres inquit transierant dies. Nam Phœbus demere juga fingitur equis currum Solis trahentibus, nocte adveniente. *Ibero*. Mari Hesperio seu Atlantico, in quod Iberus fl. Hispaniæ se exonerat; ex sensu vero vulgi poëtis sol dicitur se in occiduo æquore mergere, ibique diurnum emensus iter equos reficere.
326. *Fallax Æetias*. Medea fallendi petita.

119

La Maga, che quel Re nell' onde vede,
Ch' occupava al suo sposo il regio manto,
Per non dar tempo alla vendetta chiede
Il veloce dragon con novo incanto.
Pon sopra il carro il fuggitivo piede,
E lascia le nemiche in preda al pianto,
Che i ferri avean, che fur nel padre rei,
Presi per vendicarsi sopra lei.

120

Non porge orecchie all' alte strida, e all' onte
Medea, che le fanciulle all' aria danno,
Ma drizza il volto ad Otri all' alto monte,
Che dal diluvio già non ebbe danno:
Dove Cerambo andò con altra fronte,
Quando il vestir le penne, e non il panno:
Dargli alle Ninfe allora i vanni piacque,
Che potesser fuggir l' ira dell' acque.

121

Vede l' Eolia Pitane in disparte,
Laddove fe il dragon di marmo il dorso:
E vaga di veder, quindi si parte,
E ver la selva d' Ida affretta il corso,
Dove fe Tioneo con subit' arte
D' un toro un cervo, e al figlio diè soccorso;
E per torlo alla morte, e all' altrui forza,
Ascose il furto suo sott' altra scorza.

122

In quella arena poi le luci intese,
Che diè sepolcro al padre di Corito;
E dove sbigottì, quando s' intese,
Di Mera il latrar novo il monte, e 'l lito;
Corse dappoi dove le corna prese
Ogni donna, e fe udir l' alto muggito
D' Euripilo nel vago e fertil campo,
Allor, ch' indi partissi Ercole, e 'l campo.

Et cum rege ſuo cuſtodes ſomnus habebat,
Quem dederant cantus, magicæque potentia linguæ.
Intrarant juſſæ cum Colchide limina natæ,
Ambierantque torum: Quid nunc dubitatis inertes?
Stringite, ait, gladios, veteremque haurite cruorem;
Ut repleam vacuas juvenili ſanguine venas.
(In manibus veſtris vita eſt ætaſque parentis.)
Si pietas ulla eſt, nec ſpes agitatis inanes,
Officium præſtate patri, teliſque ſenectam
Exigite; & ſaniem conjecto emittite ferro.

335. *In manibus veſtris vita eſt.* Ne hic quidem verſus *Heinſii* calculo inter Naſonianos eſt admittendus.

123

Passò dove gli orribili Telchini
Ebber sì fiero l' occhio, empio l' aspetto,
Ch' in Rodi, ov' eran magici indovini,
Tutto quel, che vedean, rendeano infetto:
Cangiavan gli animali, i faggi, e i pini,
E ciò, ch' agli occhi lor si facea obbietto.
Giove al fin gli ebbe in odio, e gli disperse,
E nell' onde fraterne gli sommerse.

124

Sopra Cea passò dopo, e le sovvenne
D' Alcidimante la felice morte,
Che, quando la figliuola ebbe le penne,
Al vital corso avea chiuse le porte.
E se di donna una colomba venne,
Non lagrimò la sua cangiata sorte;
Ver quella Tempe poi passar le piacque,
Ch' ebbe nome dal Cigno, che vi nacque.

125

Appresso a Tempe, ov' oggi è l' Irio lago,
Arde Fillio d' amor dell' Iria prole,
D' un garzon di sì bella e rara immago,
Che dispone il suo amante a quel che vuole:
Se vede d' un augello il suo amor vago,
Fillio va con tant' arte all' ombra, e al Sole,
Che lieto alfin il trova, il segue, e 'l prende,
Ed al dolce amor suo domato il rende.

126

Per servare al suo imperio onore, e fede,
Orsi, Tori, Leoni, abbatte, e lega:
Vede un tratto il fanciullo un toro, e 'l chiede,
Sdegnato finalmente Fillio il nega:
Ver la cima d' un monte affretta il piede
L' irata prole d' Iria, e più no 'l prega;
E dice a Fillio: Ancor darmi vorrai
Quel, che i' ho dimandato, e non potrai.

His, ut quæque pia est, hortatibus impia prima est;
Et ne sit scelerata, facit scelus: haud tamen ictus
Ulla suos spectare potest, oculosque reflectunt,
Cæcaque dant sævis aversæ vulnera dextris.
Ille, cruore fluens, cubito tamen allevat artus,
Semilacerque toro tentat consurgere; & inter
Tot medius gladios pallentia brachia tendens:
Quid facitis, gnatæ? quid vos in fata parentis
Armat, ait? cecidêre illis animique manusque.
Plura locuturo cum verbis guttura Colchis

341. *Ulla*. Omnes præter Alcestin. Diodorus lib. 5. Nomina virginum, inquit Pausanias, poëtarum indicavit nemo, Micon pictor duarum imaginibus adscripsit Asteropæan, & Antinoën. Hyginus recenset Alcestin, Pelopeam, Medusam, Isodocen, Hippothoën, & Meden, quæ pudore & metu se in Arcadiam recepere Pelia sublato, Jason dicitur Acasto Peliæ filio regnum reliquisse; aliter tamen Diodorus lib. 5.

342. *Cæca vulnera*. Quæ ipsæ filiæ non videbant.

346. *Quid*. Erasmus fabulam hanc interpretatur de Chymicis. Junius de Monachis & librariis, qui dum vetera exemplaria corrigere volebant, corruperunt.

127

Si getta, come è in cima, giù del monte,
Per veder de' suoi dì gli estremi affanni.
Si credea ognun, che la virginea fronte
Cader dovesse in terra, e finir gli anni,
Ma le penne a venir sur troppo pronte,
Che il fero un Cigno, e diero all' aria i vanni:
Pianse la madre, e si stracciò le chiome,
E se piangendo il lago, e diegli il nome.

128

Verso il Pleuro poi prese la strada,
Dove Combea, la qual nacque d' Ofia,
De' figli ebbe a temer l' ira, e la spada,
Ma si fece un augello, e fuggì via:
Scoprì dappoi la Calaurea contrada,
Sacra alla Dea, che partoriti avia
Alla notte, ed al giorno il maggior lume;
Dove la moglie, e 'l Re vestir le piume.

129

Si volge poi dove i Cillenj stanno,
E dove un cieco amor sì accese il petto
A Menefron, che come i bruti fanno,
Con la madre volea comune il letto;
Vide Cefiso poi, che piangea il danno
Del nipote ch' avea cangiato aspetto;
Ch' un dì se, che tant' ira Apollo assalse;
Che il se una Foca, e diello all' onde salse:

130

Lascia addietro Cefiso, e 'l cammin piglia
Ver l' albergo d' Eumelio, e vede dove
Egli nell' aria già pianse la figlia;
Poi ver Corinto i draghi instiga, e move:
Quivi a quel luogo ella chinò le ciglia,
Che la Grecia arricchì di genti nuove;
La pioggia empì di fonghi il monte, e 'l piano,
Poi si fece ogni fongo un corpo umano.

Abstulit, & calidis laniatum mersit aënis:
Quod nisi pennatis serpentibus isset in auras;
Non exemta foret poenæ: fugit alta superque
Pelion umbrosum Philyreia tecta, superque
Othryn, & eventu veteris loca nota Cerambi.
Hic ope Nympharum sublatus in aëra pennis,
Cum gravis infuso tellus foret obruta ponto,
Deucalionêas effugit inobrutus undas.
Æoliam Pitanen à lævâ parte relinquit,
Factaque de saxo longi simulacra draconis,

Fab. V. VI. VII. VIII. & IX. *Arg.* Quæ nisi pennatis, &c. *Hodoporicen Medea hoc loco describit poëta, quo videlicet itinere, & per quas regiones ex Thessalia ubi Pelias regnaverat, Corinthum, & mox perpetrata cade filiorum, & arce cum nova Iasonis conjuge incendio consumpta, è Corintho Athenas ad Ægeum Thesei patrem pervenerit, perstringens breviter qua quibusque locis fabulosa, aut alias memorabilia accidissent.*

351. *Fugit.* A Colchis, Corintho, Athenis. Verum stratagema hoc lege apud Diodorum lib. 5.

352. *Philyreïa tecta.* Chironis domum, quem Philyra nympha ex Saturno (ut diximus) peperit. *Pelion Philyraaque Othryn.* Montes Thessaliæ, in quibus habitavit Chiron Saturni & Philyræ filius, lib. 1. vers. 632.

353. *Cerambi.* In avem à Nymphis mutatus, ut alii in scarabæum, in Parnassum sublatus superfuit Diluvio Deucalioneo. *Veteris Cerambi.* Antiquissimi, quippe qui ante diluvium fuerit.

357. *Æoliam Pitanen.* Pitane urbs est Æolica. Tradunt apud Pitanam lateres super aquis fluitare.

358. *Factaque de saxo.* Metamorphosin serpentis in lapidem signat. Hic autem videtur esse ille draco, qui spectantibus Græcorum ducibus apud Aulidem significavit decimo tandem anno Trojam esse capiendam. Ego de Lesbio serpente, de quo etiam infra lib. 11. vers. 60. mentio fit, intelligendum magis puto: qui quod Orphei caput, in Hebrum abjectum, & ad Lesbum inde delatum violare morsu voluisset, ab Apolline in saxum mutatus fuit.

131

Al regio albergo poi volge la fronte,
Dove l' ingrato suo consorte vede
La figliuola sposar del Re Creonte,
E a lei mancar della promessa fede.
Le voglie alla vendetta accese e pronte
Rende l' ira, che l' ange, e la possiede;
E fa portar da i figli al regio nido
Alla sposa novella un dono infido.

132

La Maga i figli suoi chiama in disparte,
E d' oro una bell' arca in man lor pone,
E insegna loro il modo a parte a parte
Di presentarla in nome di Giasone;
Quivi era dentro fabbricata ad arte
(Che smorzato parea) più d' un carbone,
Che come vedea l' aria s' accendea,
E pietre, e muro, e fino all' acqua ardea.

133

Come han dato i figliastri alla matrigna
L' arca, dove il presente era riposto,
Ritornano alla madre empia e maligna,
Correndo, come a lor da lei fu imposto.
Apre la sposa l' arca, e il fuoco alligna
Col velen, che nel dono era nascosto,
Ch' arde il palazzo, e lei con mille, e mille,
E manda al Ciel le fiamme, e le faville.

134

Mentre danna Giason la fiamma ultrice,
E duolsi, e ripararvi si procaccia,
Da lunge appar Medea, ch' onta gli dice,
E di maggior vendetta ancor minaccia:
E l' uno, e l' altro suo figlio infelice
Con la nefanda man gli uccide in faccia.
Corre egli a sfogar l' ira, che lo strugge:
Dic' ella i versi, e 'l carro ascende, e fugge.

Idæumque nemus, quo raptum furta juvencum
Occuluit Liber falsi sub imagine cervi,
Quaque pater Corythi parvâ tumulatur arenâ:
Et quos Mæra novo latratu terruit agros.
Eurypylique urbem, qua Coæ cornua matres
Gesserunt, tum cum discederet Herculis agmen:
Phœbêamque Rhodon, & Iälysios Telchinas,
Quorum oculos ipso vitiantes omnia visu
Jupiter exosus, fraternis subdidit undis.
  Transit & antiquæ Cartheia mœnia Ceæ,

359. *Idæumque nemus*. Idas duas esse certum est; alteram in Creta, alteram in Phrygia: de Phrygia nunc videtur poëta sentire. *Quo nati furta*. Thyoneus Bacchi filius juvencum Phrygiis pastoribus abegerat: eum cum pastores persequerentur, Bacchus Thyoneum quidem in venatorem, juvencum vero in cervum convertit: quod cum rustici vidissent, à persequendo Thyoneo destiterunt. Thyonei etiam Acro meminit in 17. ode l. 1. car. Horatii, filium Bacchi, dicens, patrem Thoäntis, ejus qui Hipsipylen genuit, regnasseque in insula Chio.

361. *Quaque pater Coryti*. *Corythi*, κορυθὸς Græcis. Paridis & Œnones filius. *Pater*. Paris ex Œnone suscepit Corytum. Tzetz. in Lycophr. Paris autem in Cebrine oppidulò Troadis sepultus est. Strabo lib. 13.

362. *Mæra*. In figuram canis conversa: fab. nminus trita.

Fab. X. XI. XII. COÆ MATRONÆ IN BOVES, ET IALYSII IN SCOPULOS.

363. *Coæ*. In vaccas mutatæ à Junone, ut alii à Venere. *Eurypylique urbem*. Eurypylus Herculis fuit filius, qui in Co insula regnavit, augur peritissimus. *Qua Cææ cornua matres*. Cos insula est Ægæi, à quo Cous derivatur, non Cæus, unde Coæ mihi legendum videtur. Mulieres autem Coæ cum ægre ferrent ab Hercule armenta Geryoni erepta per agros suos fuisse acta, Junoni dicuntur conviciatæ. Quare Juno indignata, eas omnes in vaccas transfiguravit.

364. *Herculis*. In Co insula urbem cognominem expugnavit Hercules, cæso Eurypylo, abductaque filia ejus Chalciope.

365. *Phœbeamque*. Lib. 4. vers. 204. *Ialysios*. Ialysi opp. in Rhodo ins. incolas, artifices peritos, sed fascinatores, quos in Junonis odium, mari submersit Jupiter. Diodor. lib. 6. *Phœbeamque Rhodon*. Phœbo consecratam.

368. *Cartheïa*. Carthea una est ex quatuor urbibus Ceæ insulæ, à Carthæo ibi mortuo cognominata. Carthæa item urbs est Iberiæ.

135

Verso Atene fa gir l' aeree rote
La Maga, dove poco prima avvenne
Che Perisa, e Fineo con la nipote
Vestir di Polipemone le penne:
Medea con grati modi, e dolci note
Da Egeo, ch' ivi reggea, l' albergo ottenne;
Il qual, veduto il suo leggiadro aspetto,
Sposolla, e fe comune il regno, e'l letto.

136

Già questo Re fuor della sua contrada
Etra sposò, che nacque di Pitteo,
E ingravidolla, e le lasciò una spada
Per lo figliuol, che poi nomar Teseo:
Nove volte nel ciel l' usata strada
Fornita la nipote avea di Ceo,
Quand' ella aperse il ventre, e si fe madre
Di Teseo, ch' ebbe adulto il don del padre.

137

Venne poi Teseo un cavalier sì forte,
Che ne sonava il nome in ogni parte,
E per ogni città, per ogni corte
Da tutti era stimato un novo Marte:
Tentato ch' ebbe un tempo la sua sorte
Per conoscere il padre, alfin si parte;
E avendo per cammin pugnato, e vinto,
Da' ladri assicurò l' Ismo, e Corinto.

138

Non come figlio al padre s' appresenta;
Che vuol veder, s' ei l' ha in memoria prima:
Tosto che il nome suo fa, che'l Re senta
Ch' a lui viene un guerrier di tanta stima,
D' ogni accoglienza, e onor regio il contenta;
E'l pon della sua corte in su la cima,
E quei promette a lui pregi, ed onori,
Che può nel regno suo donar maggiori.

Qua pater Alcidamas placidam de corpore natæ
Miraturus erat nasci potuisse columbam.
  Inde lacus Hyries videt, & Cycneïa Tempe,
Quæ subitus celebravit olor: nam Phyllius illic
Imperio pueri volucresque ferumque leonem
Tradiderat domitos: taurum quoque vincere jussus
Vicerat; & spreto toties iratus amore,
Præmia poscenti taurum suprema negabat.
Ille indignatus: Cupies dare, dixit; & alto
Desiluit saxo: cuncti cecidisse putabant,

Fab. XIII. & XIV. CYCNUS IN AVEM, ET HYRIE IN STAGNUM.

371. *Inde lacus Hyries*. Hyrie fluvius est Bœotiæ, est & Hyria regio juxta Aulidem: sed *lacus Hyries* juxta Tempe esse innuit poëta, sic dictus à casu Hyries, quæ flendo amissum filium in fontem sui nominis conversa fuit. *Cycneïa*. Tempe, non Thessalica illa, sed Bœotica Teumesia dicta à monte Teumeso, ubi Cycnus filius Hyries in olorem versus est. *Cygneïa* autem Ovidius vocasse videtur ab eventu, quod circa hæc puer, de quo hic dicitur, in cygnum conversus fuerit.

372. *Nam Phyllius illic*. Phyllius quum Cycnum, Apollinis & Hyries filium deperiret; primum leonem sine ferro conficere; tum duos vultures vivos capere; deinde taurum manibus ad Jovis aram pertrahere, præmii longè amplissimi loco, jussus est: ut ex Nicandro Anton. Liberalis in Metamorph. scriptum reliquit.

139

Ma non sa però il Re che'l guerrier, ch' have
Nella sua corte sì famoso e degno,
Sia quella prole, ond' Etra lasciò grave,
A cui la spada sua diede per segno:
Pur vedendolo affabile, e soave,
Ricco di forza, e d' animo, e d' ingegno,
Ogni favor gli fa con lieto ciglio,
Nè più faria, sapendo essere il figlio.

140

Vide Medea co'l suo non falso incanto,
Che'l cavalier, ch' al Re tanto piacea,
Dovea portar d' Atene il regio manto,
Tosto che'l vecchio Egeo gli occhi chiudea;
La qual cosa a Medea dispiacque tanto,
Che già del Re d' Atene un figlio avea,
Che, per salvare al figlio il regio pondo,
Pensò questo guerrier levar dal mondo.

141

E disse verso il Re: Per arte ho visto
Quel, che del cavalier chiede la sorte.
Ei del bel regno tuo far deve acquisto,
Come ti toglie il Sol l' avara morte,
E rende il core al Re turbato e tristo;
Che ben vedea, ch' un cavalier sì forte,
Se de' gradi 'l rendea promessi adorno,
Potea torgli a sua voglia il regno, e il giorno.

142

E sebben non veda nel bel aspetto
Alcun indizio, alcun segno d' inganno:
Pur come vecchio accorto e circospetto,
Si volle assicurar da tanto danno;
Mentre per dare a questa impresa effetto;
Molti discorsi il Re pensoso fanno,
Medea, che pria v' avea l' animo inteso,
Tutto sopra di sè tolse quel peso.

Factus olor niveis pendebat in aëra pennis:
At genitrix Hyrie, servari nescia, flendo
Delicuit: stagnumque suo de nomine fecit.
Adjacet his Pleuron: in qua trepidantibus alis
Ophias effugit natorum vulnera Combe.
Inde Calaurêæ Latoïdos aspicit arva,
In volucrem versi cum conjuge conscia regis.
Dextera Cyllene est: in qua cum matre Menephron
Concubiturus erat, sævarum more ferarum:
Cephison procul hinc deflentem fata nepotis

380. *Flendo*. In lacum cognominem soluta, ut Cyane lib. 5. vers. 427.

Fab. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. COMBE IN AVEM, ET MENEPHRON IN FERAM, &c.

382. *Pleuron*. Pleuron Ætoliæ urbs cum extra oleas in hoc Medeæ volatu longo sit, *Brauron* legi volunt, qui Geographis notissimus Atticæ vicus.

383. *Ophias*. Scaliger *Iphias*. *Ophias*. Ophii filia Combe. Planudi Ι'αμβή.

384. *Calaurea*. Inf. sinus Argolici contra Trœzenen. Demosthenis letho nota. *Latoidos*. Latona primum præside claræ, sed quam postea pro Delo permutavit cum Neptuno.

385. *In volucrem versi*. Hic fuisse videtur Ceix rex Trachinis, qui cum tempestate in mari periisset, Halcyoneque ipsius uxor Æoli filia flendo perire vellet, ambo in aves Halcyonides conversi fuerunt, ut in. XI. poëta plene describit.

386. *Menephron*. Menephron cum Cyllene filia in Arcadia (ubi mons Cyllene) & cum Bliade matre sua concubuit. Hyginus fab. 253. *Dextera Cyllene est*. Cyllene mons est Arcadiæ Mercurii nativitate notissimus, à Cyllene nympha cognominatus. Sed Cyllenem montem, à Cyllene Elati filio Arcade, dictum, Pausanias autor est. Mela autem Mercurium Cyllenium à Cyllene portu, sive navalibus Eliensium, ubi & natum illum arbitrantur, appellatum dicit. *In qua cum matre Menephron*. Taxat Menephrona quendam poëta, quem cum matre coïre non puduit.

388. *Cephison procul hinc*. Cephisus fluvius est Bœotiæ præterlabens Delphos: cujus filius ab Apolline in phocam, hoc est, vitulum marinum, fuit conversus. *Cephison*. Sex fluvios Cephisos & fontem hujus nominis unum recenset Strabo lib. 9. fab. determinare non ita facile.

143

Quando venne di Scitia al lito Argivo
Medea per migliorar fortuna, e terra,
Avea portato un tosco il più nocivo,
Che nascesse giammai sopra la terra:
Nel regno d' ogni bene ignudo e privo
Prima questo venen vivea sotterra;
E poi per nostro mal, come al ciel piacque,
Nel miglior modo in questa forma nacque.

144

Quando Ercole passar volle all' inferno,
Per torre a Pluto l' anima d' Alceste,
Dappoich' ebbe varcato il lago Averno
Per gire u' piangon l' anime funeste;
Perch' ebbe il suo valor Cerbero a scherno,
Quel mostro, ch' ivi abbaja con tre teste,
Per forza incatenollo Ercole, e prese,
E strascinollo al nostro almo paese.

145

Mentre quel mostro egli strascina, e tira
Per lo mondo, cui splende il maggior lampo,
E 'l can vuol pur resistere, e s' adira,
E per tre gole abbaja, e cerca scampo:
La bava, che gli fa lo sdegno, e l' ira,
Del suo crudo veneno empie ogni campo;
Di quella spuma poi l' erba empia e fella
Nacque, ch' oggi Aconito il mondo appella.

146

Mesce questo venen, ch' avea nascosto,
Con un liquor di Bacco almo e divino,
E ad un ministro il suo volere imposto
Mostra la morte al Re del pellegrino:
Poichè fu Egeo con gli altri a mensa posto,
E ch' ebbe in man Teseo la coppa, e 'l vino;
Gli occhi allo stocco il Re di Teseo porge,
E 'l conosce per suo, come lo scorge.

Respicit in tumidam Phocen ab Apolline versi:
Eumelique domum lugentis in aëre natam.
Tandem vipereis Ephyren Pirenida pennis
Contigit: hîc ævo veteres mortalia primo
Corpora vulgarunt pluvialibus edita fungis.
Sed postquam Colchis arsit nova nupta venenis,
Flagrantemque domum regis mare vidit utrumque;
Sanguine natorum perfunditur impius ensis:
(Ultaque se male mater, Iäsonis effugit arma.)
Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat.

389. *Respicit.* Puto *Despicit*: pro *tumidam Phocen* quoque sex scripti *timidam*, quanquam nec male *tumidæ* dicantur Phocæ, cum tumido & inflato sint corpore. In duobus *nitidam*.

390 *Eumelique.* Patras, in qua regnavit Eumelus, qui hospitio acceperat Triptolemum: cujus currum, dormiente illo, conscendit Antheus Eumeli filius, unde dejectus interiit; *natum* itaque legendum volunt, sed neque sic expedita est fabula.

391. *Ephyren.* Corinthum, ab Ephyre Oceani filia, quæ ibi habitavit prima. *Pirenida.* A Pirene fonte ad radices Acrocorinthi, Pausan. in Corinthiacis.

394. *Nova nupta.* Creusa Creontis Corinthiorum regis filia.

395. *Mare vidit utrumque.* De Isthmo Corinthiaco agit, de quo noster Epist. Phædræ,

Et tenuis tellus audit utrumque mare. Propertius libro III. Eleg. XX.

Isthmos qua terris arcet utrumque mare.

397. *Ultaque se male mater.* Hic etiam versus pro genuino vix censendus. *Ultaque.* Filiis à se cæsis. Quos tamen Pausanias à Corinthiis lapidibus obrutos scribit lib. 2. Euripidem vero accepisse pecuniam à Corinthiis ut cædem illam in Medeam transferret, scribit ipsius commentator.

398. *Titaniacis.* Ex Titanum sanguine natis. Pindarus in Theriacis aut etiam quos à Titane, id est, sole susceperat: ut alii.

147

Subito il Re dal cavaliero impetra,
Che non accosti al vino ancor le labbra:
E gli dimanda, s' ei mai conobb' Etra,
E come quella spada acquistat' abbia.
Il cavalier dal labbro il vino arretra,
E si palesa al Re, che d' ira arrabbia:
Contro la moglie corre, e sfodra l' arme,
Ed ella verso il ciel s' alza col carme.

148

Di nuovo al Re s' inchina ei come figlio,
Stupido del volar della matrigna.
L' abbraccia il padre con pietoso ciglio,
E dice: Ben ne fu Palla benigna,
Dappoichè te salvò dal rio consiglio
Della noverca tua cruda e maligna;
Che per veder regnar la prole sua,
Ascose entro a quel vin la morte tua.

149

Quanto ella dotta sia nell' arte maga,
Il vol, che prese al ciel, te ne fa segno:
E della morte tua soverchio vaga,
Per far del mio reame il figlio degno,
Mi disse, che per arte era presaga,
Ch' eri venuto a tormi il giorno, e 'l regno;
E ch' a schivar questa maligna sorte,
Non v' aveva altra via, che la tua morte:

150

Ma l' alma Attica Dea m' aperse gli occhi,
E scoprir femmi il suo crudel inganno,
Mostrando agli occhi miei gl' aurati stocchi,
Che te dal rio venen salvato m' hanno;
Or poich' il cielo ancor non vuol, che scocchi
Contro alcun di noi due l' ultimo danno,
Vuò, che con più d' un dono, e sacrifizio
Riconosciamo un tanto benefizio.

Palladias arces: quæ te, justissime Phineû,
Teque, senex Periphа, pariter videre volantes,
Innixamque novis neptem Polypemonis alis.
Excipit hanc Ægeus, facto damnandus in uno:
Nec satis hospitium est, thalami quoque fœdere jungit.
Jamque aderat Theseus proles ignara parenti;
Qui virtute sua bimarem pacaverat Isthmon.
Hujus in exitium miscet Medea, quod olim
Attulerunt secum Scythicis aconiton ab oris.
Illud Echidnêæ memorant è dentibus ortum

151 Fi-

399. *Palladias*. Athenas. *Phineu*. Obscuriores sunt hæ fabulæ. Polypemonis mentio in carmine in Ibin.

Fab. XX. XXI. & XXII. *Arg.* Excipit hanc Ægeus facto. *Ægeus rex Athenarum consuluit oraculum, quo modo prolem virilem suscipere posset, à quo cum accepisset ut prius quam Athenas reverteretur, cum muliere coïret, ad Pitheum Træzenis regem profectus, ei oraculum communicavit. Quo cognito Pitheus ei filiam Æthram à Neptuno vitiatam copulavit. Inde vero Ægeus discessurus, uxorem jam gravidam ad saxum solam cum adduxisset, illi calceos gladiumque subjecit. Uxori deinde mandavit, ut si masculum pareret, eum ad se non ante mitteret, quam adultus ipse per se revoluto saxo gladium & calceos tollens secum ferret. Hinc enim Ægeus se cogniturum sperabat, an quem Æthra foret paritura, sibi filius esset. Theseus igitur ex illa natus Ægei quidem filius putatus est, cum Neptuni foret, ut Isocrates in Helenes laudatione ait. Is vero cum adolevisset, indicante matre & saxum revolvit, & calceos & gladium sustulit, Athenasque proficiscens, multos latrones Isthmum obsidentes interfecit. Cum vero Athenas pervenisset, non ante à patre agnitus est, quam capulum gladii sui, quem saxo pater ipse subjecerat, aspexit. Quo cognito poculum venenatum, stimulante Medea, jam porrectum è filii manibus excussit.*

402. *Facto in uno*. In hoc uno facto, quod Medeam hospitio suscepit.

405. *Bimarem*. Peloponnesum intra Achaiam, & alias regiones extra Isthmum Corinthiacum inter mare Ionium & Ægeum.

407. *Aconiton*. Inf. v. 421. *Aconiton*. Herba est præsentissimi veneni Aconitum, ἀπὸ τῆς ἀκόνης, hoc est, à cote dictum, quod in cotibus nascatur.

408. *Echidnea canis*. Cerberi canis tricipitis. Echidneæ autem canis dicit, quoniam ex Echidna monstro Cerberus natus fingitur. *Echidnèa*. E spumis Cerberi canis, extrahente ab inferis Hercule, ortum narrant fabulæ, inquit Plin. L. 27. cap. 2.

151

Finito, ch' han di dar quel cibo al seno,
Ch' alle vene supplir può per quel giorno,
Gli mostrò il Re d' Atene il sito ameno,
E tutta la città dentro, e d' intorno;
Dove l' ingegno Greco alto e sereno
Ha d' ogni alta scienza il mondo adorno:
Con questo, e ogni altro segno il padre brama
Ch' ei vegga quanto il pregia, e quanto l' ama.

152

Come la nuova Aurora a predir venne,
Ch' avea su 'l carro il Sol già posto il piede,
Il sacrifizio preparato ottenne
Dal Re, e dagli altri la promessa fede.
Scanna il coltel l' ariete, e la bipenne
Fra l' uno, e l' altro corno il toro fiede;
E rendon grazie al ciel con questa offerta,
Che lor la maga fraude abbia scoperta.

153

Siede al convito poi col figlio Egeo,
Con gli uomini più illustri e più discreti;
Or, come il soavissimo Lieo
Fatti ha gli spirti lor più vivi, e lieti,
Da pareggiare il Re di Tebe, e Orfeo,
Comparsero i dottissimi poeti;
E al suono un della lira, un della cetra
L' alte lodi cantò del figlio d' Etra.

154

Tu desti al sacrifizio invitto e degno
Teseo quel toro, il cui furore, e scorno
Prima il Cretense, poi il Palladio regno
Distrutto avea co 'l periglioso corno:
Salvasti Cremion da un altro sdegno,
A quella belva ria togliendo il giorno,
Ch' al cinghial Calidonio, e d' Erimanto
Vestì già nel suo grembo il carnal manto.

Esse canis. Specus est tenebroso cæcus hiatu:
Est via declivis, per quam Tirynthius heros
Restantem, contraque diem radiosque micantes
Obliquantem oculos, nexis adamante catenis,
Cerberon abstraxit; rabidâ qui concitus irâ
Implevit pariter ternis latratibus auras,
Et sparsit virides spumis albentibus agros.
Has concrêsse putant; nactasque alimenta feracis
Fœcundique soli, vires cepisse nocendi.
Quæ quia nascuntur dura vivacia caute,

409. *Specus*. Ideoque apud Heracleam Ponticam, ubi monstratur is ad inferos aditus, copiose nascitur. Plin. ibid.

410. *Tirynthius heros*. Hercules a Tirynthe patria cognominatus.

416. *Nactasque alimenta feracis*. Videndum, an rejiciendum, quod e Palatino suppeditat Gruterus: *nactasque alimenta furoris*, &c. nam de aconito agit.

155

Liberasti Epidauro dal sospetto
Di Periseta figlio di Vulcano.
Tu passasti a Procuste il crudo petto,
Che contro il seme uman fu sì inumano:
Che s' un uom troppo corto avea nel letto
Via più lungo il rendea con l' empia mano;
E s' avea troppo smisurato il busto,
La sega per lo letto il facea giusto.

156

La destra tua in Eleusi il sangue agghiaccia
Di Cercion col suo onorato telo:
Fa che quel Sini ancor sepolto giaccia
Che soleva a' due pin piegar lo stelo,
E legate ch' avea d' un uom le braccia,
Alle due cime ir le lasciava al cielo;
E godea di veder con qaesto avviso
Su due pini in due parti un uom diviso.

157

Tu per gire ad Alcatoe, al Lelegeo
Muro, hai fatto ad ognun libero il passo:
Quel ladro ucciso avendo iniquo e reo,
Che poi nel mar fu trasformato in sasso.
Sciron fra il nostro, e 'l lito Megareo
Fea dell' alma, e de' beni ignudo e casso
L' incauto ed innocente peregrino,
Dandol co 'l piè dal monte al Re marino.

158

Ma tu v' andasti, e dall' istesso monte
Desti col piede a lui l' istessa fossa,
Di cui sbattute fur dal salso fonte
Più giorni in qua, ed in là l' orribil' ossa:
Alfin con l' ossa sue prese altra fronte
Nel mar istesso, ov' ebbe la percossa;
E ancor più d' un superbo ed aspro scoglio
Fa fede del suo nome, e del suo orgoglio.

Agrestes aconita vocant. Ea conjugis astu
Ipse parens Ægeus nato porrexit, ut hosti. 420
Sumserat ignarâ Theseus data pocula dextra;
Cum pater in capulo gladii cognovit eburno
Signa sui generis, facinusque excussit ab ore:
Effugit illa necem, nebulis per carmina motis.
At genitor, quanquam lætatur sospite nato;
Attonitus tantum leti discrimine parvo 426
Committi potuisse nefas, fovet ignibus aras,
Muneribusque Deos implet: feriuntque secures

419. *Conjugis*. Thesea sublatum è medio cupientis, quo regni successio ad filium Medum, quem Ægeo pepererat, descenderet.

Fab. I. *Arg.* Jam nitidum, &c. *Minos Jovis & Europæ filius cum propter filium Androgeon interemptum ab Atheniensibus pœnas repeteret, Megaram, in qua urbe Nisus regnabat continue cum Atheniensibus, obsedit: qua expugnata animo conceperat occisis præsidiis hostium se victoriam consecuturum. Inter quæ Scylla Nisi filia sæpe murum ascendens delectandi gratia propter lapidem vocalem, qui Apollinis citharæ positus sonum adjecerat, ut animadvertit Minoëm assidentem urbi cultu regali, bellicisque rebus interesse, pulchritudine ejus exarsit, & cum potiendi nullam viam inveniret, ut victorem hostem faceret, crinem purpureum abscidit genitori dormienti, quo fata patriæ continebantur. Quem cum reseratis portis accepto hoste ad Minoëm pertulisset, ille impium facinus adversatus, novissime eam navigio recipere noluit, patre jam in avem transfigurato, quam Græci* Alieton *dicunt, & persequente filiam, illa quoque in volucrem* Cirim *transfigurata est.*

4. *Æacidis.* Æginensi militi ab Æaci filiis conscripto. *Nam Telamon fraterque viros ad bella parabant*, vers. 675. lib. præced.

5. *Ante expectatum.* Antequam expectarentur. *Portus petitos.* Athenienses portus, quo pervenire cupiebant.

DELLE METAMORFOSI D' OVIDIO

LIBRO OTTAVO.

ARGOMENTO.

SCILLA divien con Niso augello; e stelle
La corona splendente d' Arianna;
Perdice Starna; e son le pie sorelle
Di Meleagro augei, sì il duol le affanna;
Isole fansi molte Ninfe belle;
Uomini Giove, e il figlio; una Capanna
Gran Tempio; e Bauci, e Filemone piante;
Cangia Metra, e Proteo spesso sembiante.

1

GIA' fiammeggiava l' amorosa stella,
E la vaga fanciulla di Titone
Si mostrava a' mortai lucente, e bella;
Ed Eolo aperta avea l' atra prigione
Al vento opposto all' artica facella,
Che gelosa nel ciel suol far Giunone:
Quando si tolse Cefalo alle sponde,
E fidò i lini al vento, e i legni all' onde.

2

Avendo umile il mar, propizio il vento,
Solca con tal prestezza la marina,
Che discoperto il lito in un momento
Al desiato porto si avvicina,
E fa l' Attico Re restar contento
Del soccorso dell' Isola di Egina:
Fa il popol tutto onor con lieto grido
A quei, che per lor ben scendon su 'l lido.

Interea Minos Lelegeïa littora vastat:
Prætentaque sui vires Mavortis in urbe
Alcathoë, quam Nisus habet; cui splendidus ostro
Inter honoratos medio de vertice canos
Crinis inhærebat magni fiducia regni.
Sexta resurgebant orientis cornua Phoebes:
Et pendebat adhuc belli Fortuna; diuque
Inter utrumque volat dubiis Victoria pennis.
Regia turris erat vocalibus * addita muris,
In quibus auratam proles Latoïa fertur
Deposuisse lyram: saxo sonus ejus inhæsit.
Sæpe illuc solita est ascendere filia Nisi,
Et petere exiguo resonantia saxa lapillo,

6. *Lelegeïa*. Megarensia, à Lelege, qui ab Ægypto advena Megaras instauravit, incolasque à se Lelegas nominari voluit, cujus nepotem Scironem & Nisum de regno disceptantes arbitrum delegerunt Æacum, is regnum Niso adjudicavit. Pausan. in Atticis.

8. *Quam Nisus habet*. Possidet. Nisus enim ex quatuor Pandionis Athenarum regis filiis unus fuit, cui (ut Strabo narrat lib. 9.) in regni divisione à Pandione facta Megara obtigerunt. *Alcathoë*. Megaris, etiam ab Alcathoo restauratis & munitis.

10. *Magni fiducia regni*. Quamdiu enim crinem illum haberet, privari non poterat regno.

11. *Sexta resurgebant*. Sexto mense post cœptam obsidionem Megara prodita fuisse ait.

18. *Petere*. Percutere.

3

Cefalo appena ha preso il nuovo porto,
Che il veditor, che dalla rocca scorge,
Fa con più segni il Re col volgo accorto,
Che nuova armata agli occhi suoi si porge,
E fa il popol venir pallido e smorto,
Che la classe nemica esser s' accorge:
Già tutti i merli, e tutti i torrioni
Son pieni di bandiere, e di pennoni.

4

Si scopron tuttavia novelle antenne
Dal veditor delle più alte mura,
E ci pon nove frasche, e nove penne
E rende alla città maggior paura;
Teseo, che al patrio sen pur dianzi venne,
Come comanda il Re, si prende cura
Del governo dell' arme, e in ogni parte
Cerca dispor le genti al fiero Marte.

5

Non molto andò, che con un altro segno
Quel, che sta nella rocca più eminente,
Fa noto al Re, ch' ogni scoperto legno
Si comincia a piegar verso Occidente:
Minos pensò nel Megarense regno
Assicurar l' armata, e la sua gente,
E in quella parte dismontare in terra,
La qual credea acquistar con minor guerra.

6

Prima vuol vendicar sopra di Niso,
Che 'l baston di Megara ha nella palma,
Androgeo, che gli fu con fraude ucciso,
Dappoichè della lotta ebbe la palma:
Però ch' avuto avea per certo avviso,
Ch' ei procacciò, ch' egli perdesse l' alma,
Nè men del Re d' Atene invidioso
Cercò di darlo all' ultimo riposo.

Tum cum pax esset; bellum quoque sæpe solebat
Spectare; eque illâ rigidi certamina Martis.
Jamque morâ belli procerum quoque nomina norat,
Armaque, equosque, habitusque, Cydoneâsque pharêtras.
Noverat ante alios faciem ducis Europæi;
Plus etiam, quàm nosse sat est, hac judice Minos,
Seu caput abdiderat cristatâ casside pennis,
In galeâ formosus erat: seu sumserat auro
Fulgentem clypeum, clypeum sumsisse decebat.

7 Ma

21. *Mora belli*. Diuturnitate belli. *Procerum*. Ducum.
22. *Cydoneasque*. Cretenses à Cydone Cretæ urbe, infrà ad v. 40.
23. *Ducis*. Minois: Jupiter enim ex Europa suscepit Minoa, Rhadamanthum, & Sarpedonem, ut habet Herodotus in Clio, quem tamen Homerus Jovis & Laodamiæ filium fuisse scribit lib. 16.
24. *Plus etiam quam nosse sat est*. Nam eum etiam amabat.

7

Ma s' inganna d' assai, s' al primo crede
Fargli patir la destinata pena;
Che sebben facilmente ei porrà il piede
Sull' odiosa e traditrice arena,
Non potrà torre al Re la regia sede,
Nè sfogar quel desio, che in Grecia il mena;
Se non gli toglie un crin, ch' ebbe dal fato
Per sicurtà del corpo, e dello Stato.

8

Ma non essendo noto al Re Ditteo
La mirabil virtù del crin fatale,
Volle smontar nel lito Megareo,
E porre assedio alla città reale:
Venne in soccorso del Re Niso Egeo,
Ma riportò la palma trionfale
Il saggio Re di Creta, che l' astrinse
A fare un crudo fatto d' arme, e 'l vinse.

9

D' Atene il cauto Re prudente e saggio,
Perduta avendo omai tutta la spene
Vedendo del nemico il gran vantaggio,
Col Re di Creta a questo accordo viene:
Promette a lui di dargli ogn' anno omaggio
Di sette illustri giovani d' Atene,
Acciocchè per l' avuto in Grecia torto
Si vendichi su lor del figlio morto.

10

Non però di Megara il Re s' arrende,
Ma vuol veder di quella pugna il fine:
Tanta fiducia, e sicurtà gli rende
Del regno, e della vita il fatal crine.
Partirsi il Re di Creta non intende,
Se nol condanna all' ultime ruine:
E già visto sei lune il Mondo avea,
Nè l' un, nè l' altro Re ceder volea.

Torserat adductis hastilia lenta lacertis;
Laudabat virgo junctam cum viribus artem.
Imposito patulos calamo sinuaverat arcus;
Sic Phœbum sumtis jurabat stare sagittis.
Cum verò faciem demto nudaverat ære,
Purpureusque albi stratis insignia pictis
Terga premebat equi, spumantiaque ora regebat,
Vix sua, vix sanæ virgo Niseia compos
Mentis erat: felix jaculum, quod tangeret ille,

32. *Dempto ære*. Deposita galea.

33. *Stratis insignia pictis Terga premebat equi*. Non damnat Heins. hanc lectionem, arridet tamen quod pro diversa lectione Grævianus exhibebat, *phaleris pictis*; ut apud Maronem,

Primus equum phaleris insignem victor habeto.

11

Dentro a Megara un' alta torre sorge,
Che fa d' altezza ad ogni altezza scorno,
Che la terra ineguale, e il campo scorge
Liquido e salso a molte miglia intorno,
La cui parete della cetra porge
Il suon del biondo Dio, ch' alluma il giorno:
Già quando ivi s' aggiunse pietra a pietra,
Trasse a sè il suon dell' Apollinea cetra.

12

Quando se fare Alcatoe quella torre,
Chiamò fra gli altri Apollo a dargli ajuto,
Il qual volendo un sasso in alto porre,
Appoggiò alla parete il suo liuto:
Subito il muro il suon gli venne a torre,
E sol fra gli altri sassi non fu muto;
Ma da marmo, o d' acciar percosso alquanto
Puro rendea di quella cetra il canto.

13

Il Re, che della chioma altero andava,
Ebbe una figlia d' un leggiadro aspetto,
La qual del suon, che l' alta torre dava,
Spesso prender solea sommo diletto:
Però sovente in cima vi montava,
E dava luogo al giovenile affetto,
Laddove percotea marmi con marmi,
Ed unia con quel suon la voce, e i carmi.

14

Ma poichè 'l Re Ditteo mosse la guerra
Per vendicar l' ucciso Androgeo al padre,
Vi salìa per veder fuor della terra
Le patrie urtarsi, e le nemiche squadre:
E già del campo altier, che Alcatoe serra,
A molte sopravveste auree e leggiadre,
Conosceva i più illustri cavalieri,
E quei, che nella pugna eran più fieri.

Quæque manu premeret, felicia fræna vocabat.
Impetus est illi, (liceat modo) ferre per agmen
Virgineos hostile gradus: est impetus illi,
Turribus è summis in Gnossia mittere corpus.
Castra; vel æratas hosti recludere portas;
Vel si quid Minos aliud velit. Utque sedebat
Candida Dictæi spectans tentoria regis;
Læter, ait, doleamne geri lacrymabile bellum,
In dubio est: doleo quod Minos hostis amanti est.

40. *Gnossia Dictæi*. Cretæ ἑκατομπόλεως eximiæ fuerunt urbes Cydon, Gnossus, Gortyn, Lyctus, mons Dicte: atque hinc poetis Cretæ epitheta.

41. *Æratas portas*. Ære & ferro munitas, & tectas.

42. *Utque sedebat*. *Solebat* non male septem veteres: & Neapol. sec. tert. Medic. pro diversâ lectione.

43. *Dictæi regis*. Cretensis. Nam Dicte mons est Cretæ.

15

L' eran già noti gli abiti, e i cavalli,
Le divise, i color, l' argento, e l' oro
Che facean fregio a' lucidi metalli,
E sapea i nomi, i gradi, e i pesi loro:
Ma ne' conflitti, e marziali balli
Quel che d' Europa già nacque, e d' un toro;
Più le piacea d' ogni altro invitto duce,
Nè mai toglier da lui sapea la luce.

16

Se 'l ben fregiato acciar d' oro, e d' argento
Gli armava il petto, il volto, e ogni altra parte,
E di prudenza armato, e d' ardimento
Spingea il caval nell' avversario Marte,
Ne facea cader tanti in un momento,
Con tanta sicurtà, fortezza, ed arte,
Che 'l giudicava agli atti e alla persona
Il fratel formidabil di Bellona.

17

Snodava il braccio nel lanciare un dardo
Con una leggiadria tanto spedita,
E 'l facea gir sì ratto, e sì gagliardo,
Senza incomodo alcun della sua vita,
Che colei, che v' avea fermo lo sguardo,
Sentia sempre nel cor nova ferita;
E tutto quel ch' uscia dal suo valore,
Contro lei nuovo strale era d' amore.

18

Scilla (così avea nome la donzella)
Mentre all' arco ei talor fea curvo il corno
Onde uscian sì veloci le quadrella,
Ch' al folgore del ciel fatto avrian scorno;
Pareale alla maniera adorna e bella,
Veder tirar l' apportator del giorno:
D' ogni atto suo sentiasi il cor conquiso,
Ma molto più, s' avea scoperto il viso.

Sed niſi bella forent, nunquid mihi cognitus eſſet?
Me tamen acceptâ poterat deponere bellum
Obſide: me comitem, me pacis pignus habere.
Si, quæ te peperit, talis, pulcherrime rerum,
Qualis es ipſe, fuit; merito Deus arſit in illâ.
O ego ter felix, ſi pennis lapſa per auras
Gnoſſiaci poſſim caſtris inſiſtere regis:
Faſſaque me, flammaſque meas, qua dote, rogarem,
Vellet emi! tantum patrias ne poſceret arces.

47. *Me tamen*. Et ſane regum liberi obſides plerumque, pacis & fœderum pignora poſcebantur olim & dabantur.

49. *Quæ te peperit*. Europa, ad v. 23. ſupra.

54. *Emi*. Tribus modis apud veteres nuptiæ fiebant. 1. *Uſu*, ſi mulier per annum unum cum viro, licet ſine legibus fuiſſet; 2. *Farre vel Confarreatione*, cum per Pontificem Max. & Dialem Flaminem per fruges & molam ſalſam conjugebantur: ex quibus nuptiis Patrimi & Matrimi appellabantur. 3. *Coëmptione*, atque in manum conventione, cum illa in filiæ locum, maritus in patris veniebat; ut ſi quis prior fuerit defunctus, locum hæreditatis juſtum alteri faceret. Servius Petri Danielis. Formulas vide apud Briſſonium lib. 6.

19

S' ella il vedea talor reggere il morso,
Nel maneggiarlo, al suo forte destriero,
Murato gliel parea veder su'l dorso,
Tanto vi stava su costante, e fiero.
O che 'l voltasse, o che 'l piegasse al corso,
O ch' al salto il movesse atto, e leggiero
Vedea il destrier servir d' ogn' atto appieno;
Tanto ben s' intendean gli sproni, e 'l freno.

20

D' ogni maniera sua godea talmente,
(In modo n' era vaga, e ne stupiva)
Che più non possedea sana la mente;
Anzi sì l' avea Amor del senno priva,
Che vinta dal desio soverchio ardente,
Spesso in questo parlar le labbra apriva:
Deh perchè non poss' io metter le piume
Per goder più dappresso il tuo bel lume?

21

Perchè non ho per accostarmi l' ale
Alla tua ambrosia, alla tua dolce bocca?
Perchè non son quel freno, o quello strale,
Che la tua bella man sostiene, e tocca?
Perchè non lice al mio stato mortale
Di potermi gittar da questa rocca?
Nè tanto mi dorria ch' io ne morrei,
Quanto che 'l mio desir non empirei.

22

Perchè non lice alla mia regia sorte
Mover il piè per lo nemico campo?
Perchè le guardie, e le serrate porte
Fanno al cupido amor trovar inciampo?
Che s' io potessi te far mio consorte,
Per cui tutta di ghiaccio ardo, ed avvampo;
Io spregerei l' amata patria, e 'l padre,
Per introdur le tue nemiche squadre.

Nam pereant potius sperata cubilia; quam sim
Proditione potens: quamvis sæpe utile vinci
Victoris placidi fecit clementia multis.
Justa gerit certè pro nato bella peremto:
In caussâque valet, caussamque tuentibus armis:
Ut puto, vincemur: qui si manet exitus urbem;
Cur suus hæc illi reserabit moenia Mavors,
Et non noster amor? melius sine cæde, morâque,
Impensâque sui poterit superare cruoris.

55. *Quam sim proditione potens.* Quam sim voti compos prodendo patrem: ut v. 80. infra.

58. *Nato.* Androgeo ab Atheniensibus ex invidia & insidiis cæso; lib. 7. v. 458.

61. *Suus Mavors.* Sua potentia, & vis bellica.

23

Oimè! debbo dolermi, o rallegrarmi,
Della dubbiosa guerra, che ci fai?
Mi duol, che contro me tu muovi l'armi,
Che del mio proprio cor più t'amo assai:
Ma per qual'altra via potea Amor darmi
Occasion, ch'io ti vedessi mai?
Non potea Amor con più prudente avviso
Mostrarmi il tuo valore, e'l suo bel viso.

24

Quanto felice avrei la sorte, e Amore,
Se'l padre mio mancando di coraggio,
Omai ceder volesse al tuo valore,
E secondo il cor tuo pagarti omaggio:
E per assicurarti del suo core
Ti desse me per pegno, e per ostaggio;
Che per dar refrigerio a tanto foco,
Troverei forse il mezzo, il tempo, e'l loco:

25

O sopra ogni altro Re bello, ed adorno
D'ogni don, che può il ciel dar più perfetto;
O felice colei, ch'arricchì il giorno
D'un sì leggiadro, e sì divino aspetto:
Se'l Re del più beato alto soggiorno
Degno degli occhi suoi la fece obbietto,
S'ella avea il bello eguale al bello, ond'ardo;
Meglio il cor non potea locar, nè'l guardo.

26

O me tre volte, e quattro più beata
S'ivi io giugnessi, ove il pensiero arriva;
Ti farei noto il sangue, ond'io son nata,
E'l foco, che'l tuo amor nel cor m'avviva;
Chiederei con qual dote esser comprata
Potria la tua bellezza unica e diva;
E purchè non chiedessi il patrio regno,
D'ogni altro mio tesor ti farei degno.

Quàm metuo certè, ne quis tua pectora, Minos,
Vulneret imprudens! quis enim tam dirus, ut in te
Dirigere immitem, nisi nescius, audeat hastam?
Cœpta placent, & stat sententia tradere mecum
Dotalem patriam; finemque imponere bello.
Verùm velle parum est: aditus custodia servat,
Claustraque portarum genitor tenet. Hunc ego solum
Infelix timeo: solus mea vota moratur.
Dî facerent, sine patre forem! sibi quisque profecto

68. *Dotalem patriam*. In dotem patriam prodere, ut me accipiat, secumque habeat.

69. *Aditus*. Portarum ingressus.

27

E sebben già l' ardor se vacillarmi,
Che mi fece il pensier talor men sano;
E dissi, che per tua consorte farmi,
Ti darei con la terra il padre in mano,
A tanto error giammai non potrei darmi,
Vada pur tal pensier da me lontano:
Manchin prima le nozze, e'l mio desio,
Ch' io manchi mai d' offizio al padre mio.

28

Bench' util è talor di darsi vinto,
Che s' have il vincitor più dolce e grato:
Già fu il figliuol al Re di Creta estinto,
E la ragione è tutta dal suo lato;
Ed oltre a questo in nostro danno ha spinto
Sì numeroso stuol, sì ben armato:
Ch' oltre ch' a giusta causa egli s' apprende,
L' arme ha molto migliori, onde n' offende.

29

Se la ragion per lui spiega le carte,
E d' arme, e genti è più fornito, e forte,
La vittoria sarà dalla sua parte,
Tutta avrà in suo potere la nostra corte;
Or perchè voglio dunque, che 'l suo Marte
E non che l' amor mio gli apra le porte?
E' meglio pur, s' ei dee prender la terra,
Che l' abbia senza sangue, e senza guerra.

30

Ch' io temo, che qualcun di colpa ignudo,
Mentre i campi maggior la pugna fanno,
Non passi a caso a te l' elmo, e lo scudo,
Non faccia qualche oltraggio al carnal panno.
E qual saria quell' animo sì crudo,
Che per elezion ti fesse danno?
Qual mente sì crudel giammai potria
Far che l' asta ver te non fosse pia?

Fit Deus: ignavis precibus Fortuna repugnat:
Altera jamdudum succensa Cupidine tanto
Perdere gauderet, quodcunque obstaret amori.
Et cur ulla foret me fortior? ire per ignes,
Per gladios ausim. Neque in hoc tamen ignibus ullis,
Aut gladiis opus est: opus est mihi crine paterno.
Illa mihi est auro pretiosior: illa beatam
Purpura me, votique mei factura potentem.
Talia dicenti, curarum maxima nutrix,

73. *Ignavis*. Fortunam Lacedæmonii admota manu invocabant. Hesiodus præcipit agricolæ, ut stivam manu tenens vota nuncupet Diti ac Cereri. Non Perseum fugientem in Pydnen ex prælio, hoc prætextu, ut Diis sacrificaret; sed Paulum Æmilium stricto ense precantem pugnantem exaudivêre Dii, illique victoriam concessêre. Plutarchus in Æmilio. *Fortuna fortes metuit, ignavos premit*. Seneca Med. 159.— *Ignavis precibus fortuna repugnat*. *Non muliebribus suppliciis ac precibus res magnæ geruntur, sed agendo, vigilandoque: ubi te semel tradideris socordiæ, nequidquam deinde opem deorum imploraveris, infensi & irati sunt*. Salust.

31

Ogni ragion m' astringe, e persuade,
Ch' io nella tua pietà fondi ogni speme,
Che per dare omai fine a tanta clade,
Me dar tu debba, e la mia patria insieme.
Così vuo' far: nè vuo' ch' a fil di spade
Siam tutti tratti alle fortune estreme;
Ma poco è questo al mio voler, che 'l padre
Mi vieta il passo, e le sue proprie squadre.

32

Serba le chiavi ei sol, saggio ed accorto,
E solo a fren le mie voglie ritiene:
Così piacesse a Dio che fosse morto,
Che non mi priveria di tanto bene;
Ma perchè da me stessa io mi sconforto
Se posso sopra me fondar mia spene?
Perch' altrui chieggio quel, ch' è in poter mio,
Poichè ciascun' a sè medesmo è Dio?

33

Al voto pusillanimo e imprudente
Suol sempre repugnar l' aspra fortuna:
S' altra sentisse al cor fiamma sì ardente,
Senza riguardo avere a cosa alcuna,
Tutte le cose opposte alla sua mente
Cercheria d' estirpare ad una ad una;
E perch' a par d' ogni altra io non ardisco
Di darmi al ferro, al foco, e a maggior risco?

34

Ma d' uopo a me non è foco, nè spada,
Per conseguire il fin del mio disegno:
Basta, ch' al padre mio quel crine io rada,
Chè gli assicura con la vita il regno.
Quel d' ogni cosa più lodata, e rada,
Può far del ben che brama, il mio cor degno:
Può la sua bella chioma aurea e pregiata
Più d' ogni altro tesor farmi beata.

Nox intervênit, tenebrisque audacia crevit.
Prima quies aderat, qua curis fessa diurnis
Pectora somnus habet: thalamos taciturna paternos
Intrat. & (heu facinus!) fatali nata parentem
Crine suum spoliat; prædâque potita nefandâ
(Fert secum spolium celeris; progressaque portâ)
Per medios hostes (meritis fiducia tanta est)
Pervenit ad regem, quem sic affata paventem:
Suasit amor facinus: proles ego, regia Nisi

85. *Fatali crine*. In quo urbis fata continebantur. Crinis hic fatalis significat secretum Nisi consilium, quod in capite summo. Hoc autem hostibus prodito, quid superest, nisi urbis expugnatio; Georg. Sabinus, apud quem vide similem historiam de Romilda Foro Juliensi.

87. *Fert secum spolium sceleris*. *Celeris* in primo Mediceo, priore Erfurt. Calandr. Juret. Spirens. & quinque aliis: quomodo & Priscianus agnoscit, & in veterrimo libro Vivianus invenit. Sed vel sic versum hunc tollendum censeo. Certe in optimo S. Marci codice margini adscriptus erat, idque manu recentiori.

35

Mentre l' audace giovane discorre,
Come possa ottener le sue venture,
Il Sol che sotto il mar s' asconde, e corre,
Lascia l' Attiche parti ombrose, e scure,
Tantoch' a Scilla fa lasciar la torre
La notte, alma nutrice delle cure;
E crescendo le tenebre, e l' orrore
Fer, che crebbe anco a lei l' audacia, e 'l core.

36

Già nella prima, e più morta quiete
Avea sepolti i miseri mortali,
E sparso il cor d' obbliviosa lete
Il pigro sonno a tutti gli animali;
E 'l Re dentro alle mura più secrete
Dava riposo a' suoi diurni mali:
Quando (o troppo empio error) muta v' arriva
Scilla, e del crin fatale il padre priva.

37

E coraggiosa al mal, pronta, ed accorta
Toglie le chiavi ancor, ch' ei non la sente,
E nel tempo opportuno apre la porta,
E sola va fra la nemica gente.
Per lo paterno crin, che seco porta,
Di fiducia sì grande arma la mente,
Ch' al Re ne va non men calda, ch' audace,
E poi stupir con queste note il face:

38

Io Scilla son, figlia di Niso, e vegno,
O d' ogni grazia Re via più ch' umano,
Per dar felice effetto al tuo disegno;
E perchè più non t' affatichi in vano;
E porto per donarti meco un pegno,
Col quale aver puoi la mia patria in mano:
In questo crin purpureo, ch' io ti mostro,
Sta il fato, e la ragion del regno nostro.

Scylla, tibi trado patriosque meosque Penates:
Præmia nulla peto, nisi te: cape pignus amoris
Purpureum crinem; nec me nunc tradere crinem,
Sed patrium tibi crede caput; sceleratáque dextra
Munera porrexit. Minos porrecta refugit.
Turbatusque novi respondit imagine facti:
Dì te submoveant, ó nostri infamia sæcli,
Orbe suo; tellusque tibi pontusque negentur:
Certè ego non patiar Jovis incunabula Creten,

39 Mill' anni

95. *Minos porrecta refugit*. Minos tanta fuisse justitia apud superos fertur, ut apud inferos judex fuerit constitutus. Pulchre igitur decorum servat poëta, quo ubique Minoëm justum esse ostendit.

96. *Imagine*. Cogitatione. *Novi facti*. Inusitati sceleris.

97. *Dii te submoveant*. Poenam & supplicium, quo olim parricidæ afficiebantur, Scyllæ Minos imprecatur. Corio namque insuebantur cum simia, gallo, ac serpente, ac in mare fluviumve projiciebantur, ne aut coelum ascipere, aut in terra, aquave quiescere possent.

98. *Orbe suo*. Ad parricidarum supplicium allusum volunt: de eo Cicer. in oratione pro Roscio Amerino.

99. *Jovis*. Mons Idæus, ubi, & *gentis cunabula nostra*, Æn. 3. Callimachus hymno ad Jovem. Gyrald. Syntagm. 1. Virgil. *Creta Jovis magni medio jacet insula ponto, Mons Idæus ubi & gentis cunabula nostra*. Æn. 3.

39

Mill' anni ti saresti affaticato,
Nè preso avresti mai la nostra terra,
Perocchè al padre mio rispose il fato:
Tu non sarai mai superato in guerra,
Mentre un purpureo crin, che 'l ciel t' ha dato,
Che fra gli altri capei s' asconde, e serra,
Saprai tener sì ben chiuso e raccolto,
Che non ti sia d' altrui troncato, o tolto.

40

Ond' io ch' altro non cerco, e non desio,
Che di gradirti, contentar ti volsi.
Me n' andai questa notte al padre mio,
E per donarlo a te l' ancisi, e tolsi:
Ch' essendo tu figliuol del maggior Dio,
Come alla tua beltà le luci io volsi,
La scorsi sì mirabile, e sì diva,
Che d' amore, e di te restai cattiva.

41

Nè da quel giorno in qua bellezza io veggio,
Se non la tua, ch' a sè mi tiri, e chiami:
Or, poichè in questo crin è il regal seggio
Del padre mio, del regno, che tu brami,
Prendilo, e in ricompensa altro non chieggio
Se non che tu mi signoreggi, e m' ami;
Così dicendo, stende al Re Ditteo
Con l' empio dono il braccio iniquo e reo.

42

Tostochè il giusto Re di Creta intende
L' enorme e infame vizio di colei,
Turbato la discaccia, e la riprende:
Fuggi malvagia, e ria dagli occhi miei,
Fuggi dall' ira mia, dalle mie tende,
Non conversar con gli uomini Dittei;
O del secol presente infamia, e scorno,
Celati in parte, ove non splenda il giorno.

Quæ meus est orbis, tantum contingere monstrum,
Dixit: &, ut leges captis justissimus auctor
Hostibus imposuit, classis retinacula solvi
Jussit; & æratas impelli remige puppes.
Scylla, freto postquam deductas nare carinas,
Nec præstare ducem sceleris sibi præmia vidit;
Consumtis precibus violentam transit in iram:
Intendensque manus, passis furibunda capillis,
Quo fugis, exclamat, meritorum auctore relictâ,

43

Va, che non sol del regno alto e giocondo,
Gli Dei gli empj occhi tuoi privin per sempre,
Ma ti neghino il mare, e 'l nostro mondo
Finchè 'l composto tuo si sfaccia, e stempre:
Stia l' alma poi nel regno atro e profondo,
Mentre rotan del ciel l' eterne tempre.
Va, che 'l tuo volto, e il tuo fiero costume
Giammai quaggiù fra noi si scopra al lume.

44

Quell' isola, ch' a Giove il carnal chiostro,
L' origine, la culla, e 'l latte diede,
La nobil Creta, e 'l fertil terren nostro
Dove mi dier gli Dei la regia sede,
Non vedrà mai sì abbominevol mostro,
Senza pietà nel padre, e senza fede;
Poi comandò pien d' ira, e di dispetto,
Che la cacciasser via fuor del suo tetto.

45

Intanto Niso, che del crin s' accorse,
Che, mentre egli dormia, gli fu troncato,
E che dianzi agli occhi a lui si porse
Quel, che molt' anni pria predisse il fato;
Come prudente al Re di Creta corse
Con gli uomini più degni del suo Stato,
Ed inchinosse a lui senz' arme al fianco,
E poi gli diede in mano il foglio bianco.

46

Dappoichè 'l Re giustissimo Ditteo
Le leggi impose a' superati regni,
Col campo, che levar subito feo,
Prese 'l cammin verso i Cretensi legni.
Il vinto Re del popol Megareo
L' accompagnò con gli uomini più degni
Insino al porto, e tutto umile, e fido
Montar su 'l legno il vide, e torsi al lido:

O patriæ prælate meæ, prælate parenti?
Quo fugis, immitis? cujus victoria nostrum
Et scelus & meritum est. Nec te data munera, nec te
Noster movit amor, nec quod spes omnis in unum
Te mea congesta est? nam quo deserta revertar?
In patriam? superata jacet; sed finge manere:
Proditione meâ clausa est mihi. Patris ad ora?
Quæ tibi donavi? Cives odêre merentem:
Finitimi exemplum metuunt. Exponimur orbæ:

111. *Et scelus*. Quia prodidit patrem. *Et meritum*. Quia Victorem effecit Minoem.

117. *Exponimur orbæ*. Exponi enim seu projici non infantes solummodo, sed exules etiam dicebantur. Noster in Tristib.
Exposuit memet populis fortuna videndum.

47

Tostochè vede dare i remi all' onde
Colei da cui fu al padre il regno tolto,
E ch' al suo amore il Re non corrisponde,
Ma senza lei dal lido il legno ha sciolto,
Si straccia ad ambe man le chiome bionde,
Si graffia, e si percote il petto, e 'l volto;
In parte ascosa agli altri si ritira,
E poi così dà fuor il duolo e l' ira.

48

O sordo più d' ogni crudo Aspe, e fero,
Dove mi lasci, oimè? son pur quell' io,
Che ti fo gir della vittoria altero
Col don, ch' io ti portai, col fallo mio:
Ahi, che per soddisfare al tuo pensiero,
Offesa ho la mia patria, il padre, e Dio;
Ed ho preposto te per troppo amore
Al regno, al padre, ed al mio proprio onore.

49

Oimè! ch' eri venuto sì discosto
Con tant' or, tante genti, e tante navi;
E benchè avessi a noi l' assedio posto,
La gente, e l' oro in van perdendo andavi:
Nè mai n' avresti il regno sottoposto,
S' io non poneva in tuo poter le chiavi;
Nè il don, ch' or te ne fa portar la palma,
Nè tanto amor può intenerirti l' alma?

50

Oimè, che pur dovea pietà impetrare,
L' aver sol posta in te la mia speranza;
Oimè, crudel, qual terra, oimè, qual mare
Darà ricetto al viver, che m' avanza?
Debbo alla patria mia forse tornare?
Ma con che core, oimè, con che baldanza?
Se non v' abbiam più imperio, e s' io son quella
Che di donna real l' ho fatta ancella?

Terrarum nobis ut Crete sola pateret.
Hac quoque sic prohibes? sic nos, ingrate, relinquis?
Non genitrix Europa tibi, sed inhospita Syrtis,
Armeniæve tigres, Austrove agitata Charybdis.
Nec Jove tu natus, nec mater imagine tauri
Ducta tua est: generis falsa est fabula vestri.
Et ferus, & captus nullius amore juvencæ
Qui te progenuit, taurus fuit; exige pœnas,
Nise pater: gaudete malis modo prodita nostris

120. *Sed inhospita Syrtis*. Inhospitalis. Accolæ namque Syrtium feri sunt, & peregrinis infestissimi. *Genitrix. Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus auctor, Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus, Hyrcanæque admôrunt ubera tigres*. Æn. 4.

51

Ma poniam, ch' ancor proprio abbia il governo;
E sia di splendor regio alta, e superba,
Come al cospetto mai n' andrò paterno,
Ver cui fui tanto infida, e tanto acerba?
Dove ogni cittadino, ed ogni esterno,
Contro l' eccesso mio l' odio ancor serba?
Temon tutti propinquo un cor tant' empio,
Perch' altrui di mal far non porga esempio.

52

Ahi, ch' io m' ho chiusa ogni parte del mondo
Perchè sola mi fosse aperta Creta;
Or se 'l tuo cor ver me fatto iracondo,
La tua Provincia ancor mi chiude, e vieta,
Chi darà luogo al mio terrestre pondo;
Chi sarà, che ver me si mova a pieta:
Se tu, ch' altier della vittoria vai,
Per lo mio don, di me pietà non hai?

53

Figlio d' Europa tu già non puoi dirti,
Di sangue regio, o di celesti Numi;
Ma ben ti partorì l' infida Sirti,
Le tigri Armenie in atri ispidi dumi:
E quando il tuo mortal formar gli spirti,
Nel ciel reggeano i più maligni lumi;
E ti diè il lor influsso infame e crudo
Un cor d' ogni pietate in tutto ignudo.

54

La madre tua non t' ha spiegato il vero,
Con dir, che Giove a lei toro si finse,
E diella a Creta dal Sidonio impero,
Dove a suo modo poi sforzolla e vinse.
Se vuoi saper di questo il fatto intero,
Con vero toro amor ligolla, e strinse:
E certo fu, che i tuoi parenti foro
Una donna ferina, un fiero toro.

Mœnia; nam fateor, merui, & sum digna perire.
Me tamen ex illis aliquis, quos impia læsi,
Me perimat. Cur, qui vicisti crimine nostro,
Insequeris crimen? scelus hoc patriæque patrique,
Officium tibi sit: te verè conjuge digna est,
Quæ torvum ligno decepit adultera taurum;
Discortemque utero fœtum tulit. Ecquid ad aures
Perveniunt mea dicta tuas? an inania venti
Verba ferunt, idemque tuas, ingrate, carinas?

132. *Torvum taurum.* Terribilem aspectu. *Ligno.* Lignea vaccæ forma.

55

O soggette, infelici, e triste mura
Da me tradite, o voi mesti parenti,
Godete della mia disavventura,
Della mia sorte rea, de' miei lamenti:
Deh padre offeso mio, prendi omai cura,
Ch' io sia donata agli ultimi tormenti:
Deh corra un degli offesi alle mie strida,
E poich' empio è l' errore, empio m' uccida:

56

Ma tu crudel, che torni vincitore
Per mezzo mio, per l' empio error ch' io fei,
Perchè mi vuoi punir di quello errore,
Che t' orna di sì rari alti trofei?
Tu 'l benefizio, e 'l mio soverchio amore
Con grato officio riconoscer dei:
M' han gli offesi a punir del mio peccato,
Ma non m' amando tu ti mostri ingrato.

57

Ben è degna di te la tua consorte,
Ben tu, crudel, di lei non men sei degno;
Poich' ambi l' alma avete d' una sorte,
Ferino ambi l' amor, ferin lo sdegno.
Le voglie di Pasife infami e torte
La fecer della vacca entrar nel legno,
Per sottoporsi, o Dei, (chi sia, che 'l creda?)
A fero amor, per darsi a un toro in preda.

58

Già l' amor la tua madre a un toro volse,
Quando nel grembo suo ti diè ricetto:
La moglie tua non men lasciva volse
Gustar d' un toro il conjugal diletto;
E però l' amor tuo me non raccolse,
Vergine essendo, e di reale aspetto:
Che poi che sei da tal razza disceso,
Forse qualche giovenca il cor t' ha preso.

Jam jam Pasiphaën non est mirabile taurum
Præposuisse tibi: tu plus feritatis habebas.
Me miseram! properare juvat: divulsaque remis
Unda sonat; mecum simul ah mea terra recedit.
Nil agis, ô frustra meritorum oblite meorum.
Insequar invitum: puppimque amplexa recurvam,
Per freta longa trahar. Vix dixerat: insilit undas,
(Consequiturque rates faciente Cupidine vires);
Gnossiacæque hæret comes invidiosa carinæ.

142. *Insilit*. Tunc suspensa novo ritu crine, ut censet Ant. Delrius *de navibus altis*, *Per mare cæruleum trahitur Niseia virgo*. Nescio cujus Ciris. Sed Apollodorus lib. 3. Minos Megaris potitus virginem vinctam pedibus à puppi in mare dejectam mersit. Illa, inquit Hyginus, se in mare præcipitavit fab. 198. Proximus versus *Consequiturque rates* est adulterinus & insulsus.

59

Se la tua moglie con sì raro esempio
Ad un bue, più ch' a te volse il pensiero:
Maraviglia non è, che il tuo cor empio
Avea più del selvaggio, e più del fero.
E fede ne può far mio duro scempio,
Ch' offerto t' ho il mio cor, dato il mio impero;
E tanto benefizio, amore, e fede,
Non ha potuto in te trovar mercede.

60

Tu te ne vai, crudel, nè ti par grave
Lasciarmi in tanta pena, affanno, e doglia:
Ma ad onta tua, la tua non grata nave
Porterà ancor la mia terrena spoglia.
M' atterrò nella poppa a qualche trave,
E ti seguiterò contro tua voglia,
E dove ti farai dal pin portare,
Vedrò trarmi ancor' io per tanto mare.

61

Vede fermato il legno regio alquanto,
E star piegata ancor la poggia, e l' orza:
Salta nell' onde la donzella intanto,
Amor le accresce l' animo, e la forza;
E con mani, e con piè s' adopra tanto,
Che giugne al legno, e tanto vi si sforza,
Ch' appoggiata al timon tant' alto poggia,
Ch' a un legno alfin non comodo s' appoggia.

62

Sta intanto il padre ritirato all' ombra
Sopra una torre ad un balcone, e guata,
E mesto dal dolor, che 'l cor gl' ingombra,
Vede partir la vincitrice armata:
Or mentre ogni naviglio il porto sgombra,
Vede l' infida figlia empia ed ingrata,
Come alla poppa regia appresa stasse,
Per andar via con la Cretense classe.

Quam pater ut vidit, (nam jam pendebat in auras,
Et modo factus erat fulvis Halyæëtos alis)
Ibat, ut hærentem rostro laniaret adunco.
Illa metu puppim dimittit: at aura cadentem
Sustinuisse levis, ne tangeret æquora, visa est.
Pluma fuit: plumis in avem mutata vocatur
Ciris; & à tonso est hoc nomen adepta capillo.
Vota Jovi Minos taurorum corpora centum
Solvit, ut egressus ratibus Curetida terram

146. *Halyæetos*, Species est aquilæ, clarissima oculorum acie, librans ex alto sese, visoque pisce in mari præceps in eum ruens, & discussis pectore aquis rapiens.

150. *Pluma*. Nisus dum filiam persequitur: ut habet Hyginus fab. 198. in halyæeton, id est, aquilam marinam versus est. Scylla filia in piscem quem Cirin vocant: hodie si quando avis ea piscem illum natantem conspexerit, mittit se in aquam, raptumque unguibus dilaniat. In avem alii. Virgil. 1. Georg. *Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo: Quacunque illa levem fugiens secat æthera pennis, &c.*

151. *Ciris*. Ἀπὸ τοῦ κείρειν, h. e. à tondendo, fuit appellata. Porro quænam avis proprie sit *Ciris*, apertius aut planius alibi nusquam traditur. Ex nostris sunt, qui alaudam interpretentur. Virgilius solitariam avem hanc videtur facere, qui in solis rupibus ac scopulis & littoribus desertis, ut ipse ait, exigat ævum, vertice in medio cristam purpuream habens, cæteris plumis vario coloratis.

Fab. II. *Arg.* Vota Jovi Minos. *Descripturus quemadmodum Ariadnæ corona in sydus fuit conversa, breviter commemorat ea quæ de Minotauri cæde feruntur. Minos enim victor hoc tributo Athenienses pressit, ut nono quoque anno quatuordecim nobilium liberi, hoc est septem pueri, ac totidem virgines, sorte ducti mitterentur in Cretam Minotauro objiciendi. Theseus igitur Ægei regis filius, cum sors ad eum pervenisset, sive cum tantum dedecus, tantamque suorum calamitatem ferre non posset, sponte in Cretam profectus, Ariadnæ Minois regis filiæ amore sua capta auxilio servatus est. Nam quo modo & Minotaurum interficeret monstravit, & filo ad januam suo è Labyrintho à Dædalo extructo egrederetur, ostendit. Quare occiso Minotauro, Ariadnen, una cum Phædra sorore abducens in Diam insulam primum enavigavit, ubi ab ingrato Ariadna relicta, cum se desertam quereretur, opemque Deorum invocaret, Libero patri ita placuit, & eam sibi desponsarit, & ut æterna illius amoris memoria esset, ejus coronam in cœlum miserit, cujus gemmæ in stellas conversæ sydus coronæ simile effecerunt.*

152. *Taurorum centum*. Hecatomben significat; quod erat centum boum sacrificium.

153. *Curetida*. Cretam, quam incolebant olim Curetes nutritii Jovis, cujus vagitum cymbalis pulsatis, atque æris crepitu dissimulabant.

63

Alzando il padre afflitto al cielo i lumi,
Dice con grande affetto: O sommi Dei,
Se mai fur grati a' vostri santi Numi
Gl' incensi, i preghi, e i sacrifizj miei,
Fate, che 'l corpo mio s' impenni, e impiumi;
Sicch' io possa su 'l mar punir costei:
Date all' animo mio l' ali, e la lena,
Sicch' io le dia la meritata pena.

64

E spinto dal desio della vendetta,
Che contro il sangue suo proprio l' accende,
Senza pensar fuor del balcon si getta,
E in aria ver la figlia il volo prende:
Or mentre più si scuote, e più s' affretta,
Vede, che due grand' ali allarga, e stende;
La bocca umana in rostro si trasforma
Ed ogni parte sua d' Aquila ha forma.

65

Ma non è la ver' Aquila, che questa
Frequenta ovunque il mare, e 'l fonte allaga;
Ed agli augelli acquatici è molesta,
Nè men, che degli augei, del pesce è vaga;
Contro la figlia va crudele, e presta,
Laddove giunta la percote, e piaga;
Co 'l rostro, e con gli artigli empia l' assalta;
Talch' ella il legno lascia, e nel mar salta.

66

Ma di Nettuno la pietosa moglie
Non la volle lasciar cader nel sale,
Anzi tolse anco a lei le prime spoglie,
E le diè per fuggir le penne, e l' ale:
Talchè co 'l volo all' Aquila si toglie,
E fugge l' altrui sdegno, e 'l proprio male:
La segue d' ira acceso, e di dispetto
L' empio Aquilon, ch' oggi Alieto è detto.

Contigit; & spoliis decorata est regia fixis.
Creverat opprobrium generis: fœdumque patebat
Matris adulterium monstri novitate biformis.
Destinat hunc Minos thalamis removere pudorem;
Multiplicique domo, cæcisque includere tectis.
Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis
Ponit opus: turbatque notas, & lumina flexum
Ducit in errorem variarum ambage viarum.
Non secus ac liquidus Phrygiis Mæandros in arvis

154. *Spoliis*. Ex more victoris, adi Virgil. Æn. 7. vers. 183. & lib. 11. v. 4. Juven. 10. Satyr. 5. *Et spoliis decorata est*. Hostium spoliis postes, ædium limina, atria, ut ensibus, clypeis, galeis, navium rostris Romani condecorare consueverunt, quibus antiquitas venerationem & majestatem augebat: nec ea consumpta refici, nec fracta redintegrari mos erat. Eorum aspectus ad similia facinora intuentes hortabatur.

155. *Opprobrium*. Minotaurus, *Mistumque genus, prolesque biformis*, 6. Æneid. aliis βουκέφαλος tantum; aliis superne homo, inferne bos: sane filius Pasiphaës ex Tauro Minois duce, vel scriba, de quo fuse Natalis Comes l. 6. c. 5. Tzetzes 1. Chiliad. 19.

158. *Cæcis*. Occultis. *Multiplicique*. De Cretici hujus Labyrinthi à Dædalo conditi, nec non Ægyptiaci, Lemniaci, Italicique portentosa mole, artificio, sinuosis erroribus, &c. Plinius lib. 36. cap. 13. Virg. Æneid. 5. *Ut quondam Creta fertur Labyrinthus, &c.* Cl. Baconi Dædalus.

159. *Dædalus ingenio*. Dædalus genere Atheniensis, ex iis unus, qui *Erechthidæ* vocantur, adeo præclarus fuit architectus, ut & opera quædam miranda effecerit, & statuas quæ aspicere, ambulareque, & spirare videbantur, effinxerit. Atque hinc *Dædalea* vocant Græci, opera αὐτόματα: hoc est, quæ sponte sua moventur, aut vocem edunt.

162. *Mæandros*. Fluvius est Phrygiæ Mæandros, qui sæpenumero in se redire videtur. Illi similem ait Labyrinthum fuisse. Hinc & *Mæandros* vocamus, quæcunque involuta atque perplexa sunt.

67

Diero alla figlia sua di Ciri il nome
Dal crin tonduto, e poich' ebbe le penne,
L' ornò lo stesso crin le nove chiome,
Ch' una purpurea cresta il capo ottenne.
Ha di varj color le penne, come
Le vesti avea, quando a cangiar si venne:
Le resta il padre ancora empio nemico,
E serba contro lei lo sdegno antico.

68

Vergogna ancor l' afflitta Scilla punge
De' fatti alla sua patria oltraggi, e danni:
Scogli, e ripe deserte abita, e lunge
Mena dagli occhi uman' i giorni, e gli anni.
Il Re di Creta alla sua patria giunge:
E poich' ha dato posa a tanti affanni,
Con tanta gloria, e tanti altri trofei,
Non manca del suo offizio a' sommi Dei.

69

Per onorar le sue vittorie nove
Di ricchissime spoglie i muri adorna;
Va con gran pompa al santo tempio, dove
La scure a cento buoi fiacca le corna:
Ma sebben tante in lui grazie il ciel piove,
Non però lieto al regno albergo torna;
Con tanti suoi trofei fra se si duole
Della cresciuta sua biforme prole.

70

Siccome piacque al Re, che il ciel possiede,
Per uno sdegno, che gli accese il petto,
Già la consorte un figlio al giorno diede
Ch' avea dal mezzo in su viril l' aspetto.
Tutto il resto era bue dal fianco al piede
Perpetuo al Re Ditteo scorno, e dispetto:
Molti anni prima il Re del santo regno,
Nascer quel mostro se per questo sdegno.

Ludit, & ambiguo lapſu refluitque fluitque:
Occurrenſque ſibi venturas aſpicit undas;
Et nunc ad fontes, nunc in mare verſus apertum,
Incertas exercet aquas: ita Dædalus implet
Innumeras errore vias; vixque ipſe reverti
Ad limen potuit: tanta eſt fallacia tecti.
Quo poſtquam tauri geminam juveniſque figuram
Clauſit, & Actæo bis paſtum ſanguine monſtrum
Tertia ſors annis domuit repetita novenis:

71. Do

170. *Actæo ſanguine*. Athenienſi. *Actæo*. Virg. 6. Æneid. & Hyginus fab. 41. quotannis ſeptem Athenienſium liberorum corpora ſorte electa mitti devoranda à Minotauro ſcribunt: noſter & Plutarchus in Theſeo, puberes ſeptem mares, totidem virgines nono quoque anno. Theſeus vero miſeratus patriæ conditionem (ut Plutarchus habet ibid. & Catullus in nuptiis) extra ſortem ire voluit. Ibi coram rege negavit tributum aut ſtipendium illud deberi jure. Taurus Minoïs dux, dextra ſua ſe illud aſſerturum dixit. Qui in certamine à Theſeo ſuperatus occubuit. Minos lætus, oderat quippe hunc Taurum ut adulterum, remiſit Athenienſibus tributum.

171. *Tertia ſors*. Sorte enim ducebantur, qui mittendi erant. *Annis novenis*. Poſt novem annos. Variat autem hoc loco nonnihil à cæteris poeta. Nam Virgilius, item Diodorus atque alii plerique non nono demum anno, ſed ſingulis annis, Athenienſium liberos in Cretam pro tributo miſſos dicunt.

71

Dovendo fare una importante guerra
Il Re Ditteo volge alle Stelle il zelo,
Nè vuol uscir della Cretense terra,
Senza placar co 'l sacrifizio il cielo;
Alza le luci, e le ginocchia atterra,
E poi dispiega al suo concetto il velo:
Mandami un olocausto, o sommo Dio,
Ch' al ciel supplisca, e al desiderio mio.

72

Mancar non puote Giove al cor sincero,
Al prego pio, ch' al padre il figlio porge,
Ed ecco un toro candido ed altero
Fuor della terra in un momento sorge.
Subito il Re Ditteo cangia pensiero,
Come le sue bellezze uniche scorge,
Nè vuol donarlo all' ultimo tormento
Per migliorare il suo superbo armento.

73

Fe poi, che dalla mandra un altro toro,
In vece di quel bello al tempio venne,
Dove al suo tempo fralle corna d' oro
Percosso, e morto fu dalla bipenne;
E ne fece ostia al più beato coro,
Con tutto quell' onor, che si convenne.
Si sdegnò molto il mondo delle stelle,
Ch' ei non sacrò le vittime più belle.

74

Si sdegna più d' ogn' altro il sommo Giove
Contro il figliuolo, in caso tal non saggio,
E parla irato a Venere, e la move
A vendicare il ciel di tanto oltraggio:
Venere col figliuol subito, dove
Sta la moglie del Re, prende il viaggio,
Ch' ambo cerca macchiar di doppio scorno,
Perch' odia ancor lo Dio, ch' apporta il giorno.

Utque ope virgineâ nullis iterata priorum
Janua difficilis filo est inventa relecto;
Protinus Ægides, raptâ Minoïde, Dian
Vela dedit: comitemque suam crudelis in illo
Littore deseruit. Desertæ, & multa quærenti,
Amplexus & opem Liber tulit: utque perenni
Sidere clara foret, sumtam de fronte coronam
Immisit cœlo. Tenues volat illa per auras,
Dumque volat, gemmæ subitos vertuntur in ignes;

172. *Utque ope virginea.* Posteaquam, inquit, auxilio virginis Ariadnes è Labyrintho Theseus est egressus, navem conscendit. *Nullis iterata priorum.* Ad quam nemo eorum, qui prius missi fuerant ab Atheniensibus in Cretam unquam redire potuit.

174. *Minoïde.* Ariadne, à qua gladium acceperat, & filum exitus sui ducem. *Diam.* Insul. maris Cretici, in qua Ariadne à Theseo relicta est. Sunt qui in Naxo insula relictam ferant. Desertam ibi offendens Bacchus ab Indis reversus in uxorem duxit. Fast. lib. 3. epist. Phædræ. Catullus in nuptiis.

178. *Sumptam de fronte coronam.* Illa corona dicitur à Vulcano facta ex auro & Indicis gemmis, per quas Theseus existimatur de tenebris Labyrinthi ad lucem venisse, quod aurum & gemmæ in obscuro fulgorem luminis efficiebant, Hanc autem coronam (ut ait Hyginus) quo tempore Bacchus ad Minoa venit, Ariadnæ muneri dedit: qua delectata stupri conditionem non recusavit. *Sumptam*) *Sintque tuæ tecum faciem monumenta Coronæ, Vulcanus Veneri quam dedit, illa tibi. Dicta facit; gemmasque novem transformat in ignes: Aurea per stellas, nunc micat illa novem.* Fastor. 3. & Catul. in nuptiis & in Corona Berenices.

75

Non sol la bella Dea porta odio al Sole,
Perchè scoprì le sue Veneree voglie:
Ma cerca quanti son di quella prole
Gravar di nove infamie, e nove doglie
Colei, che di bellezze uniche e sole
Fu al Re di Creta già data per moglie;
La qual Pasife, fu detta per nome,
Nacque del chiaro Dio dall' auree chiome.

76

Venere adunque andò contro costei,
Per darle fralle infami il primo vanto;
E perchè il Re degli uomini Dittei,
Dovendo fare il sacrifizio santo,
Tolse quel toro a' sempiterni Dei,
Ch' avea più altero il cor, più bello il manto,
Gli volse far veder, ch' era stat' empio,
E ch' era me' per lui di darlo al tempio.

77

Mentre nel toro altiero i lumi intende
Pasife, che se uscir di terra il cielo,
Fa Citerea, che l' arco il figlio tende,
E poi scoccar contro la donna il telo.
Del toro allor la misera s' accende,
E loda l' occhio, il volto, il corno, e 'l pelo:
Già con occhio lascivo il guarda, e l' ama,
E di goder di lui discorre, e brama.

78

Quando s' avvede alfin, che il proprio ingegno
Non sa dar luogo al troppo strano affetto,
Confida con un fabbro il suo disegno,
Che in corte avea d' altissimo intelletto:
Compose in breve una vacca di legno
Quel sì raro uom, che Dedalo fu detto,
Che da se si movea, da se muggiva,
E parea a tutti naturale, e viva.

Consistuntque loco, specie remanente Coronæ,
Qui medius nixique genu est, anguemque tenentis.
Dædalus interea Creten longumque perosus
Exsilium, tactusque soli natalis amore,
Clausus erat pelago. Terras licet, inquit, & undas
Obstruat, at cœlum certè patet; ibimus illac.
Omnia possideat; non possidet aëra Minos.
Dixit, & ignotas animum dimittit in artes,
Naturamque novat: nam ponit in ordine pennas,

182. *Qui medius, &c.* Coronæ sydus medium esse ait, & ejus qui ἐν γόνασι à Græcis vocatur, hoc est, in genibus, & ejus, qui vocatur Ophiuchos, id est, anguem tenens. Videatur Hyginus. *Anguem tenentis*. Ophiuchi est interpretatio, qui anguitenens à nostris vocatur, tenens manibus anguem medium corpus ejus implicantem.

Fab. III. *Arg.* Dædalus interea. *Dædalus Atheniensis Eupalami filius cum Talum sororis filium optimæ indolis juvenem per invidiam, quod & serram, & circinum invenisset, interemisse diceretur, judicii eventum timens, in Cretam aufugit: ejus vero opera & Pasiphaë in lignea vacca inclusa cum tauro coivit, & Ariadna Theseum servavit. Quæ cum Minos rescivisset, illum in Labyrinthum una cum Icaro filio conjecit. Dædalus vero ingenio pollens, pennas ad se varii generis afferri curavit, ex quibus & sibi & filio alas confecit; itaque aptavit, ut avium more à Creta evolarint. Ac Dædalus quidem quo voluit, incolumis pervenit, Icarus vero patris mandatorum neglector, cum altius quam pater evolare gauderet, resolutis calore pennis, in mare cecidit, quod ab eo Icarium, ex sententia Ovidii fuit cognominatum.*

185. *Clausus*. Creta insul. cincta mari. Carceris item custodia clausus perhibetur, tum quia Pasiphaës amores promoverat, tum quod Ariadnæ & Theseo labyrinthi vestigia & exitus retexerat.

189. *Naturamque*. Novitatem in natura excogitat: negatum scil. per aëra iter, pennis non homini datis.

79

Ordina poi l'artefice, che v' entre
L' innamorata, e misera Regina:
Mossa ella dall' amor gl' ingombra il ventre,
E 'l fabbro al toro incauto l' avvicina:
Già il bue la guarda, e si commove, e mentre
Il legno intorno a lui mugghia, e cammina,
All' amoroso affetto il bue s' accende,
E gravida di se Pasife rende.

80

Quel mostro nacque poi di questo amore,
Ch' or rende così mesto il Re di Creta,
Perchè scopre il suo obbrobrio, e 'l suo disnore,
Nè può l' infamia più tener secreta,
Se non punisce lei di tanto errore:
Degna cagion gliel dissuade, e vieta;
Nè vuol di tanta infamia punir lei,
